

1745-

1. Ebor, Ioannes Georgius : De comitiis et ordinibus
Hannae, praeordinum Canonicorum provincialium.
2. Ebor, Ioannes Georgius : De ratione ... in demon-
strando nobilitatem prævaricam iusquaque geologi-
ca.
3. Ebor, Ioannes Georgius : Nam Hector Sacculatus impuler-
et in hotelia Hectoris clericis agnati?
4. Homburg vs Vach, Henricus Ludov. : De convalescentia
viciose alienationis.
5. Kronigius, Ioannes Proclus : De jumento appella.
Lionis ad § 118 recensim Imperii de a. 1657.
6. Lemnep, Georgius : De pacto, quod vocant, praec-
indiscali.
7. Pictorius, Iosephus Stephanus : De jure feminarum ad-
spiciendi et fideicommissorum facundia et le carum
remuneratione, quae fit extincta jam stirpe mes-
calina.

1746.

- 1^a st Brandt, Th. Ferdin. Quic : De natura bonorum
antorum . . . jure Germanico in dominio novae
plaus consistente . . . 2 Sept. 1746. 1791.
2. Breidenbach, Iacob. Terentius : De cunctione appel-
lationis solennis.
3. Estor, Iacobus Georgius : De lasserum partitionibus
Illustrium Germanorum inter se præservatione ea,
quæ vocatur Todtheilung . . .
- 4^a st Estor, Iacobus Georgius : De juri dictione curia-
rum clientelariorum Germanicarum et de causis
penalibus . . . tractandis . 2 Sept. 1746. 1753
5. Homborgk zu Kast, August Luit : De oblatione et offertione
6. Thonicht, Christian Christophorus : De modo compen-
sandi fractus in separatione feudi ab allodio.

7. 18
1. At the time the books were packed for mailing, I was
in New York and had to leave the packing up to
friends. Consequently, I am not responsible for
any damage from handling or to the packing.
2. I have received a telegram from Mr. H. C. G. F. of
the American Museum of Natural History, New York,
stating that the books are in good condition.
3. I have received a telegram from Mr. W. E. Dickey, Director
of the Peabody Museum, New Haven, Connecticut,
stating that the books are in good condition.
4. I have received a telegram from Mr. J. C. Merriam, Director
of the University of California Museum of Paleontology,
Berkeley, California, stating that the books are in good condition.
5. I have received a telegram from Mr. W. M. Davis, Director
of the Peabody Museum, New Haven, Connecticut, stating
that the books are in good condition.

DE NATVRA
BONORVM AVITORVM
VVLGO STAMMGÜTER 86
IVRE GERMANICO
1746, 78
IN DOMINIO MINVS PLENO
CONSISTENTE
ATQVE INDE SVMENDA INTERPRETATIONE
IN FIDEI COMMISSIS FAMILIAE.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO
DOMINO FRIDERICO
HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.

PERMITTENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES CONSEQUENDI PVBLICO
ERVDITORVM EXAMINI

SVMMITIT
IO. FERDIN. GVIL. BRANDT
WETZLARIENSIS
DIE SEPTEMBERIS A. R. S. CI^o ID CXXXXVI.

Ob raritatem et argumenti praestantiam denuo typis expressa.

MARBVRG CATTORVM
SYMETIBVS HENRICI RUDOLPHI MEYERI 1791.

(10)

MYSTICAVATORUM

IN DOMINIO MUNIFICIA

IN IDRCIO ALLEGORIA

DOMINI FREDERICO

PRO HERCULANEIS

et V. et omni heredib[us] et ceteris i[n] aucto-
ritate et i[n]terie[r] de i[n]stitutio[n]e sicut
quilib[us] dubib[us] et lib[er]tate. Nam i[n] re
q[ui]d[em] i[n]stitutio[n]e magis i[n]stitutio[n]e de
de[m]onstratio[n]e officiis cunctis i[n] q[ui]d[em] i[n]stitutio[n]e
d[omi]n[ic]o[n]e i[n]stitutio[n]e illi q[ui]d[em] i[n]stitutio[n]e
i[n]stitutio[n]e i[n]stitutio[n]e i[n]stitutio[n]e i[n]stitutio[n]e

CAPUT I.

**DE DOMINIO MINVS PLENO ET BO-
NIS AVITIS IN GENERE TAM VNIVERSA-
LITER, QVAM IVRE GER-
MANICO.**

§. I.

Quemadmodum plura eaque a se inuicem di- *Dominii*
uersa iura* continere dominium, apud omnes *minus plen-*
in expedito est, sic nemo quoque dubitauerit ni notio
vñquam, quin ita a se inuicem diuelli possint, eruitur.
vt vnum, alterumue adiuatur domino, et in
alium transferatur, reliqua autem domino conser-
uentur. Quod si sit, perspicuum est vnum plu-
raue iura alias in dominio contenta ex eodem tolli,
atque sic dominium iure quodam ad ipsum cere-
roquin spectante deminui; quo casu dominium,
quod plenum erat ha[ec]tenus, minus plenum eu-
fuisse dicitur.

* Enim uero *dominium* in genere ius proprium est com-
petens in rei vsum, fructum et substantiam simul;
atque inde non tantum ius disponendi pro arbitrio
tam de re ipsa, quae dominio nostro subest, quam
et de omni iure vi dominii nobis competente, nec

CAPVT I. DE DOMINIO MINVS

non pari ratione ius excludendi inuoluit. Vnde plura consequuntur iura alia veluti ius proprietatis, ius vtendi, ius fruendi, ius possidendi, vindicandi, alienandi, et in aliam formam etiam deteriorem mutandi rem dominio nostro subiectam etc. Quumque ius facultas moralis sit quedam agendi, vi cuiuslibet iuris multi iterum domino licti sunt actus, ad quos singulos facultas quedam competit, quae speciale iterum ius constituit. Plurima itaque, eaque diuersa iura dominium includere, cidentissimum est.

§. II.

Eiusdem
definitio.

Sicut erga *dominium plenum* est dominium nullo iure ad dominium alias spectante carens, ita *dominium minus plenum* est dominium uno alterius iure ad dominium pertinente deminutum (a). Prouti enim id plene demum habere dicimus, quod ex aſſe habemus integrum, ita id minus plene tantum nobis competere censetur, quod non integrum habemus et indiuīsum, sed cum aliqua restrictione. Vnde et dominium minus plenum *restrictum* vocatur. *

* Patet ergo minime repugnare, vt dominium non tantum aliquo iure ad ipsum pertinente destituantur, verum etiam, vt sublati iure vi dominii alias competente nihilominus adhuc dominium adesse dicatur non plenum equidem, sed minus plenum; quare enim denominatione a potiori desumpta id nihilominus adhuc adesse dici posset? quod non quidem omnibus, principalioribus tamen sui partibus adhuc conſtar. Praeclare eam in rem *SENECA*

(a) L. B. de woir part. II. iur. nat. §. 137.

duoq[ue] NECA (a): non est argumentum, inquit, ideo alio
quid tuum non esse, quia vendere non potes, quia con-
sumere, quia mutare in deterioris aut melius, tuum
eum est etiam, quod sub certa lege tuum est.

§. III.

Modi dominium restringendi admodum va-
riant. Eo plerumque omnes reducuntur, quod constituens
dominium restringatur aut domini dominium trans-
ferentis consensu et voluntate, aut (quod praecipue
fori nostri est) exigente id salute reipublicae.

§. III.

Prior modus e iure pro arbitrio disponendi Eorum
domino vi dominii competente non tantum de refundamen-
tis ipsa dominio eius subiecta, quam et de omni iure tum,
in dominio contento (§. I.) deriuatur. Inde enim
est, quod et ius transferendi ipsum dominium ha-
beat dominus, non solum in totum, verum etiam
pro parte aut particula quadam, reliquo, quod su-
perest, iure aut sibi, aut aliis praeter eum, in
quem facta dominii translatio, referato. Quo iu-
re si vtitur dominus, etiads est, dominium uno
alterone iure ad ipsum spectante diminui, ac pro-
inde minus plenum euadere (§. II).

§. V.

Posterior ex communī obligatione cuiusque
promouendi salutem publicam consequitur. Quo-
niam enim quaelibet respublica, vt pote societas,
supremum finem habet, isque necessario in salute

A 3 publi-

(a) *De benef. VII, 12.*

CAPUT I. DE DOMINIO MINVS

publica positus sit, ex ipsa iterum notione reipublicae quilibet in republica debet velle id, quod salus publica exigit, necessario itaque et pati debet, ut suadente id salute recipublicae vnum alterumque ius vi dominii alias competens illi admittatur et in alium transferatur, ac proinde dominium eius minus plenum seu restrictum reddatur (§. I).

§. VI.

Eiusdem Quoniam vero dominii minus pleni fundata characteristica, ius in dominio inuolutum in alium transfertur (§. I.), ac proinde alii quoque praeter dominum competere incipiat, quodsi praeter dominum in re dominio eius subiecta alii quoque ius quoddam competit, certissimo indicio evadit, dominium non amplius plenum, sed minus plenum existere.

§. VII.

Regula I. Vnde ad naturam cuiusque dominii minus ad diudicandam facile constituitur regula: quaecunque sunt contra ius alterius, cui simul in re dominio minus pleno subiecta ius quoddam competit, ea omnia illi, qui dominio tantum minus pleno gaudent, probibita erunt: contra vero ea, quae ius illud alterius non violant, libero optimoque iure eidem permissa esse dicenda sunt. Quemadmodum enim idem omnibus iure facimus, quo ius alterius non laedimus, ita id, quod iure alterius inuito agimus, nullo iure fecisse censemur.

§. VIII.

§. VIII.

Quo vero adhuc strictius rem quod ad scō-*Regula II.*
pum nostrum determinemus, regula II. esto:
Quum dominium restringatur aut transferentis vo-
luntate, aut suadente id salute reipublicae (§. III.),
priore casu ea omnia, quae ultra praescriptos a
transferentis voluntate terminos se non extendunt,
licita erunt illi, qui dominium minus plenum habet:
posteriorē ea, quae cum salute reipublicae non pugnant.
Reliqua omnia, quae contra tendunt, eidem habenda
erunt pro illicitis.

§. VIII.

Bona auita in genere sunt bona a primo ad-*Quid bona*
quirente hereditario familiae iure ad possessorem *auita in ge-*
re primi adquirentis propagine promanantia.

* Per bona intelligo res dominio nostro subiectas. Re-
rum vero, prout iuri nostro aut dominio subiiciuntur, numero veniunt omnia ea, in quac ius cadere,
quaecque nobis usui esse, aut utilitatem praestare pos-
sunt. Per ius hereditarium familiae denique com-
munem et naturalem secundum proximitatem agna-
tionis succedendi ordinem indico.

§. X.

Enimuero, quod ad acquisitionem bonorum, *Divisio bo-*
inter alias distinctiones illud praeципue quod ad *norum in*
scopum nostrum notamus discrimen, quod aut stipendia-
sub lege seruitiorum ad possessorem prouenerint a *ria, auita*
beneficio principis, aut ab eodem alio, quam he- *et adqui-*
reditario familiae iure parta sint, aut denique ad *sta.*

maio-

CAP. I. DE BONIS AVITIS

maioribus. Priore casu bona *sipendiaria* sive *bene-*
ficiaria, altero *adquisita*, posteriore demum *au-*
ta dicimus.*

Bona auita etiam vocari solent *bona familliae*,
stemmatica, *gentilitia* etc. Iustinianus illa *gene-*
alitica vocat. Quasnam autem denominations sub-
eant iure Germanico, quasue illis eo iure tribuere
consultum sit, mox ostendemus. Quare vero et
hodie *bona fideicommissaria*, aut *fideicomissa fami-*
liae adpellentur infra (cap. III.) adparebit.

§. XI.

Ex definitione autem bonorum auitorum
patet, in diuidicanda eorum natura praecipue respi-
ci debere ad primum adquirentem, ad ultimum
possessorem, ad maiores et denique ad familiam.
Quid pri-
mus adqui-
familiam suam transmisit, *primus adquirens* voca-
rens, quid tur. Ille vero e primo adquirentis genere, qui
ultimo pos-
bona ordine naturae et agnationis ad se translata
fessor, quid ultimo possedit, *ultimo possessor* dicitur. Maio-
raiores et
rum nomine personae veniunt, a quibus descen-
dimus. Omnes autem a primo adquirente descen-
dentes eius *familiam* efficiunt.

§. XII.

In quo con-
sistere pos-
sunt, ac proinde etiam bonorum (§. VIII. *)
sint bona
avita?

Quoniam vero rerum, prouti iuri nostro sub-
numero censemur omnia ea, in quae ius ca-
dere, quaeque nobis usum praebere aut utilita-
ti esse possunt (§. cit.), nullum est dubium, quin
et id de bonis auitis praedicare licet. Atque inde

SITIVS P. B. A. 1480
IN GENERE.

in rebus omnibus utilitatem adferentibus constitutū poterunt. Nil ergo obstat, quominus *in rebus tam immobilibus, quam mobilibus, tam in iuribus, quam in pecunia, siue per eam nomen, siue ipsos numeros intelligas, consistant*. Priore enim casu ad iuria, posteriore ad mobilia referri pecuniam concludatum est.

§. XIII.

Bona autem, quamprimum a patre adquirente iure hereditario proficiscuntur in filium, a ^{Quando bona, au-} primo adquirente iure hereditario deriuantur in ^{ta esse in-} familiam, quum filius quippe descendens a patre ^{cipient?} necessario ad patris familiam pertineat (§. XI.). Quoniam ergo bona auita sunt bona a primo adquirente ad possessorem ex eius familia hereditario familiae iure deuoluta (§. VIII.), in proposito est, *bona, quamprimum a patre adquirente iure heredi-*
tario transirent in filium, bona auita euadere.

* Haec monere necesse fui, ut noscatur quando bona qualitatem bonorum auctiorum induere incipient. Quia enim ius Germanicum bona, quamprimum auita euadunt, peculiari quodam nexus et natura adscit, ceu in sequentibus adparebit, necessario sciendum, quandonam auctiorum numero censenda sint, et quandonam iterum eo nomine non amplius comprehendantur. Quod (sequente §), ostendemus.

** Quum bona auita sint bona a primo adquirente iure hereditario ad familiam suam translata, mater vero aliave maiorum lineae femininae et bona adquirere et iure hereditario ad familiam transmittere possit, nullum est dubium, quin mater quoque primi adquirentis loco censeri (§. XI.), ac proin-

de bona a matre adquirente iure hereditario deuoluta ad familiam ad bonorum auctiorum numerum referri possiat.

§. XIII.

*Quando
avita esse
cessent?*

Quandoquidem vero familia denotat omnes a primo adquirente descendentes (§. XI.), quod si nemo amplius adest, qui a primo adquirente sanguinem trahit, bona non amplius dici possunt a primo adquirente iure hereditario familie transire in possessorem primo adquirentis propagine, quia eius familia cessat. Quum ergo bona avita sint bona iure hereditatio gentis a primo adquirente translata ad possessorem ex eius familia (§. VII.II.), quamprimum nemo amplius habetur, qui sanguinem derivat a primo adquirente, bona avita non amplius nuncupari possunt.

§. XV.

*Licet ab
initio Ger-
mani non
adquiserint
bona, et
ad quisita
illud tamen
diferimur
postea inno-
suir.*

Licet autem ab initio, vtpote gens in similitate naturali quaerens delicias, in communione mani non quadam naturali rerum vixerint maiores nostri, atque inde et dominia rerum certa et bona eorumque species, prout ea descripsimus (§. VIII. * et §. X.), penitus ignorarint, seu ex TACITO (a) et IULIO CAESARE (b) colligendum, postquam tam co tempore, quo Clodovaeus magnus ultra Rhenum vietricia arma circumulit, dominia reposesa innumera certa habere coeperunt (c), et feuda, quae eorum

(a) De morib. German. cap. XXVI.

(b) De bello Gallico lib. VI. cap. XXII.

(c) Vid. viri illust. NICOL. HIERON. GUNDLINGI
Gundlingianorum part. III. n. II. p. 295; contra LEIB-
NITZIVS

eorum erant stipendia, et alodia, quo nomine comprehendebant bona tam auita, quam adquisita (§. XVII. *), illis innotuere. Quapropter non mirum, quod et iure Germanico ea notetur bonorum distinctio, quam (§. X). ex iure vniuersali depropinquus. Inde enim est, quod in diplomatisbus et monumentis antiquis curate distingui videas bona foudalia (et propt vetustae formulae efferunt), alodia parentum ac alodia ex conquisito, comparato vel adtractu (a) (§. XVII. *), sive, quod idem est, lehn, erbe und eigen (b), quac Germanis bona

B 2

stipen-

MITZIUS de origine Francorum, qui adnexus est eodem CARDI comment. ad legem Salicam, iuit.

(a) MARCVLEVS lib. I. form. XII. "Villas illas, sitas
 „ in pago illo, quas aut munere regio aut de alode pa-
 „ rentum aut undecunque ad praetens tenere videtur.
 Lib. II form. VI. VII. "tam de alode, aut de compara-
 „ tu vel de qualibet adtractu. Form. XII. tam de alo-
 „ de paterna, quam de comparatu. Addo Form.
 XVII. et lib. I. form. XXXIII. In adnuntiatione
 Ludou. regis apud confluentiam c. VI. apud A-
 LVIZVM tom. II. p. 144. "et illorum alodes de bae-
 „ reditatu et de conquisitu, et quod de donatione no-
 „ strri senioris habuerunt. Neque tamen de munere
 „ regio temper feudum norat, quum et bona Salica
 de munere regio fuerint concessa. STRVV. de alo-
 ditis imp. cap. I. §. 4. n. 1.

(b) In diplomate Ludouici Brandenb. apud illustr. LVEDEWIG. in reliq. MSt. tom. VII. p. 97. occur-
 rit: an eygben, an lene, an erue. In priuile. Caroli
 IV. imperat. Fridbergens. concessio an. CCCCCCL,
 quod extat im gründlichen bericht von der burg
 Fried.

Appendiaria, auita et adquisita denotabant. Quamvis *eigen* et *proprietas* nonnunquam etiam de bonis auitis praedicetur (§. XVII. *).

§. XVI.

Bona auita vero iure Germanico varia sortiuntur denominationes, de quibus equidem patrum essemus solliciti, nisi et ad intelligendas veteres chartas magnopere conduceret, et ad antequicunque recipiant donum nominatio-

nus?

Friedberg parte II. p. 11. *Uf ihr Gut, issey Eigen, Erbe, Lehen etc.* In Gl. des Landrechts lib. III. art. XXXIX. *Ein Zins Gut ist weder Eigen, Erb, noch Lehn.* Sic quoque *eigen* und *erbe* distinguntur in reformat. Sigismundi apud GOLDASTVM der reichsfatzenungen II. th. p. 134. Quo etiam merito referas, quae iure Saxonico et Allemannico, nec non statutis cum aliis, tum maxime Lubecensibus et Hamburgensibus dicuntur *zum eigen und lehn, erbe und errungenen oder wahlgewonnenen gütern* (quo nomine etiam Germanis bona acquisita veniebant), de quibus ideas IAC. FRID. LUDOVICUS diff. de distinctione bon., hered., et adquisit., quam etiam ex formulis chartisq[ue] antiquis egregie adnotauit, et hac in re mihi otium fecit vir celeberr. atque illustr. LVST. HENNING. BOEHMER, in pereruditate diff. de statu donat., int. conting. aut. et h[ab]od §. 33. seq. nec non vol. II. conf. XLV., quaest. 2. n. 38. et 39.

(a) tit. LVI, §. 3.

IN GENERE IURE GERMANICO.

17

dimus bonis auitis Germanicis conueniat. Verum potius in monumenta antiqua inquiramus, et cautiones quasdam circa diuersas bonorum auctorum denominationes in veteribus chartis passim occurrentes ad meliorem earum intellectum dare allaborabimus.

§. XVII.

Illud frequentissime aduertimus, bona aui- Bona aui-
ta in antiquis monumentis denominari *alodia* (a). ta nonnum-
Vnde plurima, quæ de alodiis in veteribus for- quam Ger-
mulis occurruunt, tanquam de bonis auitis dicta, manis vo-
capienda sunt. cabantur

alodiae.

* Quocirca tamen ante omnia notandum vocem
alodii, quamvis antiquo tempore præcipue bonis
auitis tribuatur (prout et ipse vocabuli significatus
exigit (b), latiore plerunque determinari significatu,
fendoque opponi (c), adeoque omne denotare, quid-
quid non est feudum. Quoniam itaque nec bona
auita

B 3

(a) *LEX SALICA* tit. LXII, *Iuram Ludouici* regis
apud *BALVIZIVM* tom. II. p. 144.

(b) Quum enim *od* Germanis denotaret possessionem
oder *ein gut*, *alod* idem indicabat, ac *ein alter, altera-*
terliches gut, quod iam tempore quodam esset
penes familiam. illustr. *BOEHMER* vol. II. cons.
XLV. quaest. 2. n. 37. p. 206. 10. *NICOL. HER-*
TIVS vol. II. *opuscula* tom. I. p. 345. nec non vol. I.
p. 49 r. et 527. *BVRG. GOTTHELF. STRVV.* *hi-*
stor. iur. cap. VIII. §. 2.

(c) *Capit. Caroli magni* V. c. XIX. *Capitul.* de an.
lo CCCVII. c. VII. *Decret. imper.* apud *BALVIZIVM*
tom. I. p. 629. *Capitul. lib. III. c. LXXXI.* *Addi-*
STRVVIVM in *elem. iur. feud.* cap. I. §. 9.

auta, nec adquisita feuda sunt, necessario continet, ut utrisque commune nomen alodii habet raro tributatur. Vnde causa procedendum, ne ea, quae in vetustis chartis legibusue sub generali alodii vocabulo de bonis adquisitis quandoque dicuntur, absque ulteriore lima statim ad bona auta protractantur. Vtraque enim bona quod ad effectum etiam, iure German. quam longissime a se inuicem discrepare capite insequente adparebit; ubi naturam bonorum aitorum Germanis in dominio minus pleno, adquisitorum vero in dominio pleno confitentur demonstrabimus. Proinde, si libera de re disponendi facultas, quae dominio pleno tantum propria est, de alodis praedicatur, id minime argumento est, illimitatam disponendi facultatem etiam de bonis autis competere, sed de acquisitis capiendum erit. *Alodia enim, prout obseruamus aut auta sunt aut adquisita, sive quod idem est, ut STRVVIS (a) loquitur, libera aut restringita, quam de adquisitis libera, de autis vero restringita disponendi facultas iure German. competit.* Leges veteres et diplomata sic efferrunt; *alodia vel sunt parentum, vel ex comparato, conquistato, aut adtractu* (§. XV.) (b). Quod si ergo vocabulum alodie generaliter et indeterminate positum reperiatur, an per id bona auta, an adquisita intelligantur ex ipso tenore veterum documentorum erit dijudicandum. Nimimum si de parentibus, maioribus, familiis,

(a) *In element. iur. feud. cap. I. §. 9.*

(b) *MABILLONIVS in form. Andeg. n. 45. et in adpend. supplem. p. 85. IDEM de re diplomatica lib. VI. cap. X. Add. CHRISTIANI THOMASII select. capit. histor. iur. feud. Germ. 8. et 9. p. 12. et ANTONIVM DOMINCY de praerogatis. alodior. cap. X.*

bia, consensu agnatorum, iure hereditario familiae aus
restrictio agendi facultate etc. simul quid memoratum,
olude bona auita per vocem alodii denotari videntur, si vero
simili quid additum de libera dispositione e. g. venditione
sive familiæ consensu etc. aut de comparato, conqui-
sito vel adtraactu et familia, de bonis adquisitis voca-
bulum erit intelligendum (a). Ex his autem colligas,
antiquiore aeuo alodium præcipue bona auita indi-
casce, tempore medio et auita et adquisita compre-
hendisse, eumque vocabuli significatum et praxi ho-
dierna inualuisse (b).

** Alodia in genere etiam per excellentiam, quia
nexu feudali libera, dicuntur in antiquis monumentis
patrimonia, terrae fundi, sortes, praedia etc. (c).
Quare contingere posse, ut et tali vocabulo generali
modo bona auita, modo adquisita in vetustis legibus
et chartis insigniantur. Erit itaque et tunc eadem re-
gula, quam (§. XVII. *) dedimus, obseruanda.

§. XVIII.

(a) Sic e. g. in tabulario *Vindocinensis* in charta
an. ccccxxxviii, et a. cccclxxxvi, occurrit; "natura-
liter alodium est praedium ab antiquo nullam
reddens consuetudinem, eidemque a progenitor-
ribus iure hereditario contingens. Id, quod de
bonis auitis dictum esse videtur. Contra apud anti-
quum glossatorem *VGITIVM*, qui extat apud *GO-
LASTVM rerum Allemanic*, tom. I. part. I. p. 137.
ubi alodium dicitur, quod vendere vel donare possim-
vit mea propria, vocabulum alodii de bonis adquisitis
erit capiendum.

(b) *STRVVIUS* in element. iur. feudal. cap. I. §. XII.
HIERON. BIGNONIUS ad *MARCVL* lib. I. c. II.
p. 857. et *SIRMOND*. ad *capitular*. tit. VII. p. 761.

(c) *BVRG. GOTTHELF STRVV.* de alod. imper. cap.
I. §. II.

206 CAP. I. DE BONIS AVITIS

§. XVIII.

Nec non
proprietat-
tes.

Eodem modo se res haber cum vocabulo
proprietas, quod bonis auitis in formulis antiquis
tribui videmus. Quum enim feuda, utpote sala-
ria, antiquitus nequidem catenus essent propria,
vt iure hereditario ad familiam ea transmittere li-
ceret (a), quidquid non erat feudum, per excell-
entiam dicebatur proprium sive proprietas (b), ei-
gen, eigenibum, itemque iuris proprii (c) aut libe-
ri. Eo quod nempe nexus feudali liberum esset,
atque in familiam hereditario iure deriuaretur.

* Vnde iisdem regulis et cautelis rem dimeti-
mur, quas (§. XVII. *) de vocabulo alodium de-
dimus. Elle nimur proprietatem, proprium, tu-
rrique proprio et libero subiectum opponebatur feu-
do

(a) I. F. I. §. I. V. C. CHRIST. GOTTLIEB BV-
DERVS in amoenit. iur. feud. p. 39. seq.

(b) Patet id vel ex eo, quod alodia in Genere denota-
rent, quidquid non est feudum (§. XVII. *), pro-
prietas vero et alodium pro synonyms habeantur.
Sic IOANNES VIII. epift. CXXIX. proprietates,
quas vos alodes dicitis. In Synodo Suesslon. sub
Carolo caluo a. IO LIII. §. 3. In charta Gothofre-
di Bullion. in CHIFFLETII Lotharing. mascul. p.
8. In diplom. Gerbergae Francor. reginac apud
AVBERT. MIRAEVM cod. donar. Belgic. lib. II. c.
XIX. circa an. 10CCCVIII. p. 73. GREGOR. TV-
RONENSIS lib. III. c. XV.

(c) In diplom. Agnetis comitis Pictaviensis apud GVI-
CHENON. dans l'histoire genealogique de Savoie
tom. VI. p. 23. et 663. et in alio apud HEDAM
in bistor. Ultraiect. p. 93.

do(a). Proinde omne denotabat, quod nexu feudali immune esset, quodque successionsis iure transfi-
ret in familiam. Quare, quum bona tam auita,
quam adquisita non essent feuda, bonaque auita
faltim etenus essent propria, ut hereditario iure
ad posteros promanarent, necessario conseqüebat-
tur, ut vocabula illa vocabula generalia essent,
adeoque bonis modo auitis, modo adquisitis tri-
buerentur. Dicebantur ergo bona auita proprietates,
dicebantur propria, iurique proprio et libero
subiecta. Qui tamen ideo liberam de illis compe-
tuisse disponendi facultatem, et proinde ea dominio
non minus pleno, sed pleno subiecta fuisse dixerit,
is sinistre admodum ratiocinabitur. Non enim
ideo illis tribuebantur haec vocabula, quod illimi-
tatae subessent possessoris dispositioni, sed quod
nexu feudali essent immunita, et successionsis iure
transmitterentur in familiam. Ad dignoscendum
ergo, quando sub generalibus hisce vocabulis aut
auita denotent bona, aut adquisita, ad regulam
(\$. XVII. * in fine) datam erit recurrentum (b).

§. XVIII.

(a) II. F. XXIX. et XLVII. Docum. rediuu. duc.
Würtemb. part. II. p. 375., Capitular. lib. III.
cap. XX. et lib. I. cap. LXXVI. Capitular. No-
tiorumq. de a. 10cccvi., Specul. Saxon. lib. II. art.
XXXIII.

(b) Sic e. g. formula in tradit. Fuldenf. n. 168. "ta-
" lem portionem, quae mihi a parentibus meis
" proprietatem hereditario iure contigit, consentien-
" tibus fratribus meis, malloque parentum et affi-
" niuum contradicente etc. de bonis auitis loquitur.
Nec non alia apud IO. PETRVM A. LVDEWIG
in reliq. MSt. tom. II. p. 462, in diplomate de an.
10cccxxvii, "proprietatem, quae ad se ex obitu

C. " pro-

§. XVIII.

Item hereditates et bona hereditaria.

Quoniam feuda ab antiquo tempore non erant hereditaria (§. XVIII.), ea bona, quae non erant feudalia, in oppositione ad feuda etiam dicebantur *hereditates*, aut *bona hereditaria*. Vnde eodem modo in antiquis diplomatis et formulis usurpantur vocabula *hereditas* et *bona hereditaria*, ac *alodium* (§. XVII. *) et *proprietas* (§. XVIII.) Opponuntur nempe *feudo*, et omnia bona *nexus* *feudali* non affecta, ac proinde tam *auita*, quam *adquisita* significant (a). Adquisita quidem vel ideo, quia ad heredes quoscunque, etiam extraneos, *auita* vero, quia iusto succedendi ordine ad heredes ex primo adquirentis propagine deriuantur. Vnde pater, qui et bona *auita* in veteribus for-

mulis

„propinquorum *hereditario iure* fuerat deuoluta,
eodem modo erit accipienda. Item, quod in tu-
re pro. Saxon. lib. I. art. 34. occurrit: „ohne des
richters urlaub mag ein mann sein eigen wohl
„vergeben mit der erben gunst etc.

(a) *Specul. Saxon.* lib. I. art. V. ibi: „quaeunque bo-
„na defunctus post se reliquit vocabulo universali
„hereditatis complectimur. Nec non in testamen-
to Caroli magni cap. III. et diuinitate Ludotici pii
cap. V. *beneficium* (sive *feudum*) opponitur *heredi-
tati*. Item in *actis Lindatiens.* p. 554. nam et
alodia in genere, quae tam *auita* denotant bona,
quam *adquisita*, tanquam *feudorum* opposita *he-
reditates* vocantur vid. *ANTONIVM DOMINCY*
*de praerogat. alod. et docum. rediu. duc. Wür-
tenb.* p. 249. nec non *CRYSIVM in annal. Suec.*
part. II. lib. LX. f. 331.

mulis denominentur hereditates, aut bona hereditas
ria etc.^(a)

* Quocirca tamen iterum cauendum, ne quae de
hereditate aut bonis hereditariis in veteribus moni-
mentis occurruunt, circumstantiis non consideratis,
statim ad bona auta protrahantur, quam et gene-
ralibus hisce vocabulis bona adquisita denotari pos-
sat. Et hic igitur ad tenorem legum, aut charta-
rum veterum eo modo, quem (§. XVII. *) pre-
scripsimus, erit adteadendum (a).

§. XX.

Quum Germania fuerit respublica militaris, *Ne non be-*
*ceu capite sequeante demonstrabimus, ac proinde *ua*salica,*
delicias in armis et Marte vnicے quererent Germani,
frequenter contingebat, ut hostibus secundo
Marte deuictis, iis, qui fortiori reliquis praesti-
terant animum, hostilem agrum pro seruitiis iam
praestitis sine nexus feudalii indulgeret princeps.
Vnde singularis in Germania nascebatur bonorum
species, quae *salica* vocabantur (b). Haec autem
bona ab initio ad acquista pertinebant (§. X.), post-
quam autem semel a primo adquirente iure heredi-
tario gentis transibant in familiam, auta evadebant,

C 2

§. VIII.

(a) Sic e. g. qui formulam apud veterem glossato-
rem *VGITIVM*, quam (§. XVII. *) allegauimus, oc-
currentem: “*hereditat*, quam *vendere*, vel *do-*
“*nare* possum ut mea propria, de bonis autis cape-
re vellet: is opinione sua admodum in transuersum
ageretur.

(b) IO. GOTTLIEB HEINECC. *in elem. iur. german.*
tom. I, lib. I. §. 422, et lib. II. §. 14.

(§. VIIIIL), et continuo adhuc salica appellabantur. Vnde plurima, quae de *bonis salicis* in veteribus monumentis occurunt, tanquam de bonis auitis dicta optime intelligi possunt (a).

§. XXI.

Bona auita Germanis ^{hoc} non consterent talo ea, quae antiquis (§. XII.) diximus. Ex ipsa tamen Germanorum natura reddideris rationem, quare iure Germanico antiquo bona auita in mobilibus vix constituerint. Parum enim aut nihil efficiebant bona mobilia majoribus nostris, qui in immobilibus praeceperant quæcavantur diutinas, præcipuum patrimonium, tanquam in quæ singularis quaedam hominum affectio cadere solet (b).

* Germani enim non solum gens erant plane militaris, sed et in simplicitate naturali præcipue quaerebant delicias. Vnde rebus ad vitam transigendam necessariis contenti, ulteriore vitæ commoditatem, ulteriore luxum et splendorem respuebant, cui tamen præcipue inferire bona mobilia in expedito est. Nil enim ambiebant, si corporis defensio contra injurias tempestatum in pelle plerumque consistens, si scutum, si gladius ad manus esset solum, de ceteris non adeo erant solliciti.

** Quod

(a) Veluti, quod de bonis salicis dicitur tit. LXII. §. VI. p. 107. LEG. SAL. Confer. autem de iis CHANTEREAV LE FEBVRE dans le traité des fiefs et de leurs origine livr. I, chap. III, p. 15. et livr. II, chap. I, p. 98.

(b) Vid. CHRISTIAN. THOMAS, in select. send. §. 6. p. 13, seq.

** Quod tamen de bonis auitis iure Germani, antiquo in bonis mobilibus non consistentibus hactenus dixi, id etenus intelligendum, quatenus bona mobilia secundum se considerantur, non quatenus sunt accessoria immobilium. Quatenus enim ad immobilia pertinent e. g. instructus, et adparatus fundi, pecora, homines proprii etc., etenus etiam iure Germani, antiquo bonorum autorum partem constituisse extra dubium est. Verum e modo non secundum se considerantur, sed ex perpetua destinatione et cohaerentia cum immobilibus potius ad immobilia referenda sunt.

§. XXII.

Eadem est ratio eorum, quae (§. XII). de *Nec in pecunia obseruauimus.* Quoniam enim ad militiam omne studium, omnem operam conferebant Germani, non ad commercia; non ad opificiorum artiumque culturam, tanquam ad negotia pacifica, applicabant animum. Vnde non conser- qui non poterat, ut pecuniae, tanquam ad commerciorum commoditatem praecepit adiumenta, nulla commerciorum habita ratione, nullum quoque usum haberent veteres Germani. Quare rationibus reipublicae Germanicae antiquae minus recte quadrat, quod bona auita, aut eorum pars quaedam eo tempore in pecunia sive numerata, sive per eam nomen intelligas, constiterint.

* Accedit et altera ratio, quod Germani esse simplicitatis naturalis studiosissimi (§. XXI.*), adeoque permutatione mercium vterentur (a), cuius natura pecuniam respuit.

C 3

§. XXIII.

(a) PLINIUS in *bistor. nat.* lib. XXXIII, cap. I. Add.

GROT.

§. XXIII.

Bene tamen in iuribus, Germanis nil obstat videbatur, quominus et apud illos bona auita, aut eorum pars quaedam praecipua in iis consistere possint. Maxime, quum ita comparata sint pleraque iurum, ut insignem adferant virilitatem, vsumque haur medium praebent, e. g. iurisdictio, cuius fructus sunt multiae pecuniariae (a).

§. XXIII.

Sicut et iure Germ. noui- libus et pe- cunia, Similiter, licet ab antiquo Germanis bona auita in rebus mobilibus et pecunia non consti- ore in mobi- rint (§. XXI. XXII.), copta tamen sequiore aeuo

cum moratioribus gentibus, Romanis videlicet, confueridine, ideoque inualescente sensim luxu ab antiqua illa simplicitate paullatim deflexerunt, commerciis et negotiis nauarunt operam, atque inde et vsum pecuniac habere cooperunt, et pos- te in mobilibus pretiosioribus splendoris et com- moditatis ergo constituerunt patrimonium. In- de ergo est, quod nouiore quoque tempore apud Germanos obtinuerint iuris vniuersalis principia, atque inde tam pecunia, quam bona mobilia sensim bona auita, aut eorum partem

GROT. de iure B. et P. lib. II. cap. XII. §. 3. cum not. auctor. TACITVS de morib. Germ. cap. V.
(a) V. C. IO. ERNEST. SCHROETERVS, Erlangenf. academ. professor, de fideicom. iur. Rom. et Germ. cap. III. §. VI. lit. h. p. 84.

quandam constituere cooperint, maxime, quum ad mobilia speciatim nostra sacculi opulentia haut raro res insignis pretii referantur, quas familiae seruari consultissimum videtur. Quae omnia tamen de recentiore aeuo intelligi velim. Liceat enim iam aliquem pecuniae usum a Romanis dicens Germani, ab initio tamen pecuniam, qua vtebantur, a Romanis vtr plurimum accipiebant, quam vel ideo non adeo largam fuisse, ut bonorum partem praeципiam efficer posset, facile est ad existimandum.

* De domo Salmeni et Fürstenbergica refert illustr. 10. PETRVS A LVDEWIG (a), in Salmeni familia, et nomina (*die capitalien*), in Fürstenbergica vero et mobilia et pecuniam (*die mobilien und blosse bauerschaft*), imo nouiter adquisita quaedam qualitate bonorum auctorum affecta censerit. Quod tamen ad certam summam restrictum esse aduerterit. Quamuis vero id, quod et nouiter adquisita nexui bonorum auctorum obnoxia sint, plane peculiare sit, vel ex eo tamen videre licet, quanti familias illustribus Germaniae cordi noscimus animoque sit earum conseruatio, adeo ut et a regula deuent, et partem bonorum etiam adquisitorum ad stemmatis splendorem et conseruationem bonorum auctorum nexus obstringi cupiant. Sic quoque ex pacto nobilis Baumbachiorum familie in Hassia, compertum habeo in eadem familia summam 30000. fl, vi pacti de a. 1513 i. ccvii. (zwischen Wolf Georg Henrichen, sodam Christian, Ludwig Wilhelmen, und Iohann Melchiorn von Baumbach) qualitatibus bonorum auctorum obnoxiam redditam fuisse.

** Quo-

(a) Tom. II. consil. Halens. lib. III. consil. 92. n. 69.

Quoniam vero et bona mobilia et pecunia
(sonderlich bloße baarschäfte), inaduententer magis
 facilius dilapidari et consumi, tanto vero diffi-
 cilius recuperari possunt, minime consultum adfir-
 mauerim, bona auita solum aut primario in mobi-
 libus sive pecunia ponere. At una cum immobili-
 bus, ita, ut praeципuum bonorum aitorum par-
 tem non efficiant, ceu in memoratis familiis factum,
 id minus improbandum.

§. XXV.

Alodia au-
ta vel sunt adstruximus, iure Germanico antiquo vix conti-
paterna vel gerit, quum et feminae iure Germ. essent exso-
materna, tes hereditatis paternae (ceu infra adparebit), et
inter quae tanquam admilitiam incapaces vix quidquam ad-
quod ad na-
turam iure quisuerint, sequiore tamen tempore distinctum
Germ. nulla videmus inter alodia (sive bona auita (§. XVII.)
est distin-
paterna, id est a patre, et materna a matre videli-
ct profecta (a). Quod vel ideo praecipue no-
tandum, quum hodie satis eximia ab adscendentibus
femineis in familiam promanare possint bona.
Quae vti alodia paterna nexu bonorum aitorum
*obnoxia esse possunt (§. XIII.**).*

CAPVT

(a) Sic in tradit. Fuldens. lib. II. p. 508. occurrit:
 „propriae haereditatis terra in diuersis videlicet
 „locis tam paterno quam et de materno iure (ad
 Emhiltem abbatisam) pertinens. Et apud VA-
 DIANVM de monaster. Germ. lib. II. p. 36. “quic-
 „quid mihi supernominatus genitor meus Lan-
 „doaldus vel mater mea beata de compaternito
 „vel seu conquisito aut comparato mihi relique-
 runt. Adde MARCVLFVM lib. II. c. XII.

Scop. autile iller. **CAPUT II.** ob summaq[ue] cunctis non aliis
bouis, bi ni matisse omnia rursum sicut etiam in aliis, ut
AN NATVRA BONORVM AVITORVM. omnia h[ab]ent
IVRE GERMANICO IN DOMINIO MINVS.
PLENO CONSTITERIT, ET QVAENAM DO-
MINII HVIVS MINVS PLENI GERMANICI
SECUNDVM GENVINA GERMANORVM
PRINCIPIA FVERIT NATVRA?

§. XXVI.

Quemadmodum Germani adcurate semper quod i. Iuris
ad vocabuli significatum a se inuicem distin- Germ.
xerunt bona auita et adquisita (§. XV.), ita non principi-
mirum inter vtrumque illud bonorum genus quod um; in ba-
ad effectum quoque non unam eos statuisse diffe- na auita
rentiam. Illud enim tum ex natura vtrorum praefer pos-
que bonorum, tum ex peculiariis rationibus possessorum ius
status et salutis reipublicæ Germanicae, cui mi- competit
rum quantum instituta sua numquam non adcom omnibus a
modarunt Germani, concludere licet: in bona ad- primo ad
quista nemini praefer possefforem adquirenter ius descendenti-
vulum competere firmiter tenuisse maiores no- bus.
stros; ius vero in bona auita non soli eos tribuisse
possessori, sed cum omnibus simul primi adquirenter
posseffori praesentibus ac futuris communicasse.

§. XXVII.

Atque id solum sufficiebat, vt magna quod Indeque II
ad effectum inde fluenter inter vtramque illam bo- possessor bo-
norum speciem differentia. Quoniam enim in id norum au-
D pleno torum in

26 CAP. II. DE NATVRA BON. AVIT. IVRE

illa non pleno gaudemus dominio, in quo nulli alii ius quod-
gaudet do- dam competit: minus pleno autem in id, quod
minio pleno, iuri simili alterius subest (§. VI.), ita prono inde
sed minus fuerat alueo, tare German. bona adquisita dominio
pleno. possessoris pleno, gentilitia vero minus pleno tantum,
sive restrictio subjecta fuisse. Ex quo deinde plura
consequerantur iura alia in utroque bonorum ge-

Proinde III nere admodum diuersa, veluti, quod adquisita li-
non liberae berrimae subessent possessoris dispositioni, in auctis
eius, sed re vero hanc aliud quidquam eidem licet, nisi quod
strictas sub cum iare isto uniuersae familiae competente conueniret
sunt disposi- (§. VII.).

§. XXVIII.

Quaenam boni Enimvero forte ita rationes subduxerunt ma-
jorium ho- iores nostri, illud procul dubio aequissimum vi-
rum singu- deri, ea bona seruari familie, quae non possel-
larium ra- foris, sed maiorum sudore, non pro uno alteroue
sori posseflorum, sed pro uniuersa familia parva sunt.
Illud quippe ex communis omnium voto deducitur,
quod splendorem et opulentiam familie in curis
numquam non principalioribus habere soleant
mortales; qui finis sane non obtineretur, nisi bo-
na genearchica aduersus nocivas splendori familiae
possessorum dispositiones sarta recta esse iuberentur.
Vnde non tantum bona auta tanquam alieno
sudore parva, et alieno beneficio in familiam
transmissa quodammodo aliena videbantur mai-
oribus nostris, verum etiam ex tacita intentione et
providentia maiorum cuique de familia etiam ex-
tituro in ea bona ius quoddam tribuendum esse
censebant; quod sane laederet is, qui ea posteris
futu-

futuris disperdendi dissipandi facultatem sibi adrogaret. Contra vero ea denum vere propriis, non alieni iuris dici posse existimabant, quae non aliorum beneficio, sed propria industria et labore parta sunt, quae non alii, sed nobis compatisimus, laborauimus, quaesuimus, de quibus itaque liberum disponendi arbitrium adimere adquirerentibus, aliisque simul in ea ius quoddam concedere, durum admodum et ratione sufficiente constitutum videbatur.

* Vnde simul patet supremum illud in successio. *III. iuris Germanicae* alodiali aequo ac feudali principium: *German. iure Germanicq; non succeditur ultimo possessori, sed principium primo adquirenti, non ultimo defuncto, sed ex pacto in bonis accepto et prouidentia maiorum.* Non enim a beneficio possessoris, sed primi adquirentis deriuatur ius successionis, quippe qui et dare et adimere potuit bona aucta, adeoque etiam ius in ea succedendi. Illi autem, a quo deriuatur ius successionis, non alii succedi nemo nisi ipsas rerum notiones negatur insciabatur. Habeant enim posteri omnes a primo adquirente descendentes vi tacite maiorum intentionis ex tuto quoque illorum pacto et prouidentia ius, ut vocant, quae situm, quod iis inuitis a nemine possessorum ex eodem primi adquirentis genere interueri poterat.

§. XXVIII.

Atque id rationibus aliis reipublicae Germaniae, quod ad bona stemmatica speciatim, ex asse quadrat. Elimuero ex eo, prouti statum *Vltior ratiō ex statu reip. Germaniae* licet subobscurē cum *IVLIO CAE-mān,*

SARE (a) nobis describit CORNELIVS TACITVS (b), illud saltim cruere licet, non ab initio dominia rerum certa fuisse majoribus nostris, sed agros quotannis pro rationibus cuiusque familiac distributos, ita, ut qui superiore anno plus minusue habuerit, non eadem quantitate seruata, hoc anno aliam agrorum aream, prout vel familia eius diffusior, vel angustior esset, acciperet (§. XV.). Licet autem postmodum circa Clodouci magni tempora dominia rerum certa habere incepit (§. cit.), id tamen ex eo, quod numquam non laudantur consuetudinum suorum tenacissimi colligerendum, etiam post illa tempora, quum iam introducta esset apud eos dominiorum certitudo, communionem bonorum illis manisse alta mente reposat. Licet itaque non tota Germania, non integra provincia, non vniuersae ciuitates bona sua amplius communia haberent, atamen imitatio quaedam inter familias supererat, quae plerumque bona sua inter se communia habebant. Adeo, ut non inconcinnne loquaris, si dicas, familiam et viuo possessore in condominio sive communione quadam iuris, imo in compositione Germ. sa fuisse rerum immobilium, ex quibus postea alia milia etiam auita ortum traxere (c).

§. XXX.

V*iuris*
German.
principi-
um: iure
Germ. sa
tiua adhuc
possessore est
in condon-
mio, immo in
compositione
bonorum
auctorium.

(a) *De bello Gallico lib. VI. cap. XXII.*
(b) *De morib. Germ. cap. XXVI.*
(c) *Conser. v. c. CAR. ADOLPHI BRAVNII Erlan-
genis academiaci professi. diss. super paroem. le-
mort fait le vif cap. I. §. I. seq. et viri pecculstr.*

HENR.

§. XXX.

Ea vero, quae in salute reipublicae German. *Ratio tertia* fundatur, praecipua ac palmaria ratio est. Enim ex salute vero, quum Germanorum genio, prouti cum ex reipubl. *TACITO* (a) et *IVLIO CAESARE* (b) nouimus, *German.* vix alias quadraret reipublicae status, quam reipublicae militaris, * *res publica* vero *militaris* sit, cuius supremus finis sive salus publica in felice militia consistit, inde non consequi non poterat, quam quod Germani quoque salutem reipublicae suae numquam non in felice militia ponerent, ac proinde et pleraque instituta huic fini unice accommodarent, et id, quo felicior obtineri videbatur militia, tanquam rationibus reipublicae suae vel maxime consentaneum amplectenterentur.

* Demonstrarunt id cum *NICOLAVS SCHATEN*

(c) tum *JOANNES NICOLAVS HERTIVS* (d) teste viro summo praecceptor aetatem venerando *IOANNE GEORGIOESTORE* in eruditissimis *ad ius* *fendale observationibus* (e). Quod vel ideo prima statim et fronte stabiluit vir illustris, eoquod hac propo-

D. 3.

strio-

HENR. CHRISTIANI DE SENCKENBERG diff.
de success. filiar. in regnis et principat. cap. I. §. XIII.
p. 14. seq.

(a) *De morib. German.* cap. V. et XV.

(b) *De bello Gallico* lib. V. cap. XXI.

(c) *In bisfor. Westphal.* lib. I. p. 18. et lib. V. p.
280.

(d) *De veteris Germ. populis* parte I. c. III. §. 8.
p. 46.

(e) *Observat.* XIV. p. 15. et 16.

itione fundamentali tum p̄aelectiones eius doctissimae in ius publicum et feudale, quas ipsi mihi excipere licuit, tum alia eius opera praestantissima pulcherrimo nexu cohaerent. Nihil itaque in probanda hac propositione indiget lucubratione mea.

§. XXXI.

Tanquam reipublicae militaris ratio facile subigebat Germanos, utilitati publicae praecipue numquam non instituta sua adcommendantes (a), ut in bona auita non soli possessori, sed omnibus simul a primo adquirente descendantibus ius quoddam adsererent, ac proinde non tantum dominium eius variis restringerent limitibus, verum etiam liberam speciatim de bonis istis disponendi facultatem arctissimis terminis circumscriberent. Enimvero, quum sine milite eorumque insigni copia felix militia haut obtineri poterat, in felice vero militia Germanorum supremus finis, sive salus publica consisteret (§. XXX.), necesse omnimode erat, ut plerique armorum capaces militiam sequerentur, atque in armis aetatem consumerent. Interim tamen militia sumtus requirebat. Nec itaque militare poterat, qui ferendis militiae sumtibus impar erat. Quodsi igitur salus recipu-

(a) Teste HVGONE GROTI*in prolegom. hist. Gotbicae*, quae tanquam iuris German. compendium quoddam nuper edi curauit Vir illustr. IO. GEORG. ESTOR, §. XXII. p. 8. ibi enim, nibil ad speciem, omnia ad vilitatem publicam comparata fuisse de Germanis praedicit incomparabilis GROTIUS.

GERMAN. IN DOMIN. MIN. PLENO CONSIST. 31

reipublicae militaris exigebar, ut plerique ad Martem capaces militare possint, non poscere non poterat, ut et militiae onera cogere possent. Vnde enim alias tum se ipsos in bello et pace sustentasse milites Germani, tum adparatum bellum sibi comparassent? nisi in id incubuisserint, ut medium excogitetur, quo pares redderentur cogendis militiae sumtibus. Stipendia, forte quis dixerit, quae feuda dicebant maiores nostri (§. XV.) dababant pro sustentatione militum et serendis reliquis militiae sumtibus. At scias velim ab initio principiis reipublicae militaris in genere conformatum, non pro stipendio aut feudo, sed ex officio militasse Germanos, quum in qualibet republika quiuis teneatur ad salutem publicam non solum pro mercede sed et ex officio promouendam. Sane his principiis conuenienter non conducto, sed lecto milite ab initio vtebantur Franci, ducesque et comites ex sua quisque prouincia vel pago coactas copias ad regem adducebant, id quod etiam dynastis intuitu dynastiarum suarum incumbebat (a). Et licet frequens postea sub regibus carolingicis militis pro feudo conducti, nec non beneficiorum, seu praediorum feudalium occurrat mentio (b), ea tamea ab initio in exigua illa

(a) Ceu ex capitulari I. Caroli magni a. 10 cccc. et capit. II. eiusdem a. Ita capit. II. a. 10 cccxiii. capit. VIII. e. capit. Lindou. pisi Wormae. a. sequitur 10 cccxxxix. clare probatum dedit laudatissima estor in obseruat. iur. feud. obseruat. XV. p. 17.

(b) Idem eod. loco.

32 CAP. II. DE NATVRA BON. AVIT. IVRE

praesertim facculi opulentia non laura adeo fuisse facile est ad existimandum, vt et alendis militibus et adparatu bellico comparando, qui pretiosior postmodum euadebat, dum Henici aucupis temporibus militia in equitatu consistere incipiebat (a), sufficerent. Quid ergo facerent Germani? Compertum habebant, quo praestatoria quis haberet bona, eo facilios illum parem esse ferendis militiae sumtibus, compertum etiam habebant, si necessitate adstringeretur quisque bona cuiusque e familia in suo succedendi ordine sernare integra, nec in deterius reddita, tunc bona cuiusque, quamdiu duret eiusdem stirpis propago, continuo splendidiora euadere. De acquisitis id statuere rationibus recte subductis vix videbatur conforme (§. XXVIII.). Nil ergo supererat, quam vt de auitis id constituerent, atque ideo bona gentilitia cuique e familia in suo succedendi ordine ex omni parte integra, nec in formam deteriorem mutata relinquenda esse sancient. Id, quod siebat, si cuilibet e primi adquirentis propagine ius quaeſitum, vt vocant, adiprandi ad bona familiae eo modo, quo iam deſcripſimus, tribuerent. Vnde necessario euadebat, vt dominium possessoris cuiusque in bona genearchica minus plenum seu restrictum redederetur (§. VI.).

§. XXXII.

*Confir-
mantur
hacce prim-*

In promtu sunt leges et formulae antiquae haec principia comprobantes, quarum principaliores

(a) Vid. eund. obſeruat. cit. et obſeruat. LI. p. 52, seq.

liores in margine adserre iuuabit, ne, quae ratio-
cinia adduximus hactenus, nobilissimo illo in omni ges et for-
iure Germ. argumento, inductionem intelligo, mulas anti-
non confirmare videamur. Ius autem quaelatum ^{cipi per de-}
habuisse omnes, qui a primo adquirente deriuab-
ant sanguinem, adspirandi ad bona familiae inte-
gra nec in dederius redditis satis euincunt formulae, VI Juris
quibus aut omnis probibetur bonorum auctorum German.
alienatio, aut tam demum subsistere inbetur, si aut principium
heres sive propinquus a primo adquirente extiterit ne-
alienatio
(a), aut eorum, quorum interest, consensus ac bon. auit.
cesserit. Vnde, quandocunque de alienatione bo- non valebat
norum auctorum agitur, semper memoratum vide- nisi descen-
mus consensus et connientiae filiorum et reliquo- dentibus
rum heredum (b) (der erben gunst oder der erben primi ad-
quentis laub omnibus de-
(a) Leges Baiuvar. tit. XIII. cap. VIII. n. 3. LIN- ficientibus.
DENBROG. in cod. leg. antiqu. et apud eum MAR- Aut VII co-
CVLF. formul. 48. Leges Ripuar. tit. XXXVIII. rum, quo-
XXX. Adde Leges Saxonum apud LINDENBROG. tit. rum inter-
XIII. §. II. est, consenti-
(b) Veluti in tradit. Fuldenf. n. 186. In variis diplo- entibus,
matibus apud LVDEWIG. in reliq. MSt. tom. II.
p. 237. 254. 364. 365. 462. nec non tom. I. p.
24. 35. 48. 52. 53. 109. 117. 185. etc. Adde MEI-
CHELBECKII historiam Erifingenensem tom. I. p. 2.
n. 55. 162. et SCHATENIVM in annal. Pader-
born. ad an. 1237. p. 33. ad a. 1265. p. 108. seq. ad
a. 1302. p. 169. et ad an. 1312. p. 251. et 259. Qui-
bus iungo Illustr. BOEHMERVM de statu donar.
haut satis laudando de fundam. pactor. ad fidicis
inclinant. cap. II. §. V. p. 27.

Altas VIII laub (a)) coque non accedente quodlibet negotium negotium contra ius illud vniuersae familiae competens contranullum etiam, (veluti alienatio, omnesque eius species), tangerat, et bona quam contra ius quaeſitum alterius, ut nullum et auta ab hereditate irritum rescindit tubetur, et tanquam, si factum non redibus resuocari (b). Quae omnia clarissimo indicio sunt ius quaeſitum una cum posſeffore competitissime omnibus ab eodem primo adquirente ortum traheantibus. Vnde enim opus fuisset ad existentiam heredum legitimorum vel eorum consensum respicere, nisi ius habuisset vniuersa familia, et probe tenuissent maiores nostri volgatum illud: quemlibet posse iuri pro se introducto liberrime renuntiare.

* Ex quibusdam vero formulis colligi posse videatur valuisse alienationem bonorum auctorum etiam sine consensu heredum factam, dummodo esset ad pias

(a) *Ius prouin.* Saxon. lib. I. art. XXXIII, LII, XXX, XXI. *Speculum Sueicum* cap. LXVIII. *ius Prouin.* *Allemani.* c. 308. *Weichbild.* art. LXI, et LXV. *Conſer. SCHILTER ad ius allem.* *feud.* cap. LXIV. §. V. p. 328.

(b) Sic in edit. perant. *iur. prouin.* Saxon. art LII. verba ita se habent: "gibt er es wider recht on „erben urlatib, „ die erben unterwinden sich es „ mit urteil als ab yenner tote sey der es da „ gab also ab er es nit geben mochte. Ex iisdem principiis iudicauit iudicium principum Henrici imperatoris in cauſa Henrici maioris filii illustris principis, ducis Lotharingiae apud CHRISTOPH. BUTKENS lib. III. *trophes de Brabant* p. 225.

pias caussas, quarum fauorem Germanis mirum quantum inculcabant clerici (a). Qui tamen ex eo bonorum aitorum alienationem in genere sine consensu heredum licuisse deducere, atque ideo familiae nullum in bona gentilitia competitissimum quiescit adscerere velerit, is absurde admodum inferre videretur. Praeterquam enim, quod ab exceptione, quam ob piarum caussarum fauorem forte statuebant Germani, ad regulam nulla recte ducatur consequentia id nondum liquet, quod et in tali calu familiae ius rescindendi tales alienationes, et bona auita vindicandi non competent. Quamvis enim agnati pietatis fernore inducti non reuocarentur eiusmodi alienationes, ab eo tamen ad id, quod ius rescindendi non habuerint, iterum non procedit argumentum. Siquidem et apud Germanos obtinere debebat vulgatum illud: quemlibet posse iuri suo pro se introducto etiam tacite renuntiare. Imo ex eo, ius vindicandi non amississe familiam verosimile euadit, quod alienationibus his-

E 2

ius-

(a) Sic in cod. MSto iur. feud. Sax. cap. XXXVI. apud LUDEWIG. in diss. quarta Trebell. et legit. in exul in fidei fructuar. cap. IIII. segm. II. §. II. s. 1078, valere non indicatur alienatio des erbguts, Man wolle es den Germanen liefern zu den Heyligen. Itemque lex ant. Saxon. apud HEROLDVM in antiqu. leg. Germ. p.m. 126. "nisi licet traditionem hereditatis suae facere praecepit, ter ad ecclesiam vel regi, ut heredem suum exheret, redem faciat. Simile indicare videntur formulae in tradit. Fulders. n. 47. 48. 61. 63. 79. 80. 83. 88. 100. 111. 117. etc. in quibus sat evidenter bona auita memorantur, nulla tamen consensus heredum facta mentione, adeo, ut probabile sit cum aghibitum non fuisse.

36 CAP. II. DE NATVRA BON. AVIT. IVRE

iusmodi frequenter ab alienante additac reperiantur variae execrationum formulae aliaque mala hereditibus proposita inueniantur, siquid contra moliri conentur. Quodsi enim ius rescindendi tali casu non competisset hereditibus, frustraneae omnino fuissent omnes haec clausilae, frustrance alienantis follicitudo.

Origo iuris
retractus.

** Erat tamen casus, quo valebant alienationes horum bonorum, veluti, si quis paupertatis necessitate coactus ea alienauerat, ut ab illo, qui ea accepit, sustentetur. Nulla enim lege circumscribi necessitatem sicuti omnibus, ita et Germanis videbatur expeditissimum. Ut tamen iuris quæsiti agnitorum, quantum fieri posset, evincatur laetio, sapientissime constituerant maiores nostri, ut causa tali necessitatis existente possessor alienare coactus bona familiae hereditibus legitimis gradus proximitate eodem modo ac in successione obseruata offerret ad emendum, atque tunc is, qui emere bona auta posset, ea retineret. Vnde ius retractus gentilium originem traxit (a).

*** Sed

(a) Sic in lege familie apud BVR CARDVM WORMACIENSEM, quæ perratae eius collectioni decretorum a. cl. l. xxxviii. Coloniae publicatae post vitam ipsius adiecta est, statim ab initio occurrerit: "lex erit familie, siquis praedia vel mancipatione in hereditatem receperit, et in paupertatem incidet, et ex hac necessitate hereditatem vendere voluerit, prius proximi hereditibus suis cum testimonio proponat ad emendum. Nec non in ant. cod. iur. feud. Saxon. (§. XXXII. lit. a. p. 3.) allegato prohibitioni alienationis bonorum auctoratum exceptio constituitur: "dass es lebens noth sey. Will aber der Erbe ihm seine Nothdurft geben, so behält er das Erbe.

*** Sed quid de bonis mobilibus sancinerant Germani? eane saltim liberae erant dispositionis? (a) R. monuimus iam supra (§. XXI.) bona mobilia Germanis antiquis ad bona auita non pertinuisse. Parum enim aut nihil illis effecere pecunia et bona mobilia. Quoniam itaque bona non multum praefrantiora reddebat, adeoque parum tam ad familiarium splendorem promouendum, quam onus ferendorum militiae sumptuum subleuandum conducebant, vix operae erat pretium de iis quasdam colligere leges (b). Hinc et filiae in pecunia et mobilibus, aliquae, qui alias a successione in bona auita excludebantur, succedebant (c).

§. XXXIII.

Eaedem, quas diximus, aliaeque rationes VIII iuri suadebant, ut ius illud in bona auita quae situm pri. German. mario tribueretur solis masculis eorumque posteris, principium: ius vero seminarum indeque descendentiū, quod ius quae situm in bona masculorum extiterit propago, tantisper quiesceret. Præterquam enim, quod ratio cogendorum militiae sumptuum, ob quam bona genearchia seruari familiæ, reip. German. exigebat utilitas (§. XXXI.), non in feminis fundaretur, sed in masculis, quippe qui soli erant ad militiam capaces, quibus itaque

E 3

et

(a) Diserte SAXO lib. I. art. LII. iur. prou. SAXON: "alle fahrende Haab gibt der Mann wolf ohne Laub der Erben in allen Städten und an allen Ohrten. Add. iur. seud. Saxon. art. XXVI. Weichbild. art. XXVII. XXX."

(b) BOEHMER Vol. II. consil. XLV. quaeſt. II. n. 35. p. 206.

(c) Leges Anglionum tit. VII. p. 128.

et solis incumbebat onus ferendorum militiae sumtuum, Germanis quoque cum mortalibus fere omnibus praeprimis id cordi animoque erat, ut suum, quoad fieri potest longissime, per posteros propagetur nomen, atque inde ii, penes quos staret ratio propagandi nominis, parte numquam non praecepua in bonis familiae gauderent, feminarum vero earumque descendientium masculorum etiam, tanquam qui non erant eiusdem nominis et familiae, lineae masculinae existente propagatione nulla haberetur ratio. Et feminae quidem, quoad nupserint, alerentur a stirpe mascula, nupturae vero exigua parte bonorum contentae in alienas familias transmittenterentur. Quid enim iuuaret diuturna nominis aucti conseruatio? nisi et ii, penes quos stat ratio conseruandi nominis et familiae, numquam non in splendore et opulentia conseruentur. Imo in hoc Germani prae reliquis tanto erant ambitiosiores, quo magis in nobilitate sua aucta sibi placebant, nullam ut gentem reperire liceat, quae tantum momenti in antiqua maiorum serie posuerit (a).

§. XXXIII.

(a) Illustrari haec possent vterius consensu plerarumque gentium, nisi id iam fecisset vir summus NICOLAS HIERONMES GVDLING in eruditiss. diss. de remuniat. filiar. illusfr. cap. I. §. I. seqq. Adde EVMDEM c. I. §. 9. et §. II. p. 13. It. cap. II. §. 2. p. 23. seqq. de Romanorum institutis lege v. CONSTITUTIO IACOBVM PERIZONIVM ad legem Voconiam et PAGANINVM GAVDENTIVM de lege, quae feminas a successione repellit. Compara et IOANNA GEORGES ECCARDVM ad leg. sal. p. 107.

§. XXXIII.

At masculis demum deficientibus nulla am- X Feminis
plius adorat ratio sufficiens prohibendi, ne in bo- earumque
na auta feminae aut seminarum admittatur pro- descendedenti-
pago. Quare rationibus salutis rep. Germ. mini- bus non nisi
me repugnabat, in subsidium, descendedentibus nempe secundario
maribus e masculorum linea non amplius existenti- um, iisdem
bus, bona gentilitate ad feminas quoque earumque des- tamen XI
cendentes transmitti, iisdem tamen legibus, quibus, legibus, qui-
in masculinum transferebantur genus, eodem succe- bus masculi-
dendi ordine, hoc vno excepto, quod nulla imposte- no compete-
rum inter seminarum descendentes obseruata fuerit bat propagati-
seus praerogatiua. Vnde facile patet dominium ni,
seminarum indeque descendentium eodem modo
restrictum euasisse, ac illud descendentium masculo-
rum sexus solummodo discrimine sublato (a). *

* Duo enim conservatio familiarum generatim
considerata, inuoluit capita nimurum I) conservatio-
nei ciudem nominis et familiæ, nec non II) con-
servationem eius in splendore et opulentia. Ex prior-
e capite lineæ masculinae deriuo praerogatiua, (§. XXXIII.) ex posteriore fluit: bona auta cuique e
familia in naturali succedendi ordine (§. XXXV.) fer-
munda esse integra (§. XXXI.), ac proinde et indui-
sib[us]sa (§. XXXVI.), nec in deteriorius redditu (§. XXXI.).
Ad utrumque caput in hereditatibus autis respicie-
bant

(a) Vide ea, quibus, praeclare, vt solet, haec prin-
cipia firmat. v. c. IO. STEPH. PÜTTER, de iure sem.
adspir. ad fidic. fam. cap. II. §. XX. XXI. p. 16.
p. 17. et §. XXXIII. not. I. et II. p. 27. Add LYN-
DRECKE, de familiarum nobilium splendore §. XXXVI.
seq.

40 CAP. II. DE NATURA BON. AVIT. IVRE

Bant Germani (Sphiscit.). Cessante igitur conseruatione eiusdem gentis et nominis, atque inde proflueente marium praerogativa, remanet tamen caput alterum, conseruandus nempe familiarum. Splendor et dignitas, quaeque ex eo capite conseruationis familiarum in genere principia deducuntur.

XII iuris
Germ. in hereditatibus
auitis principium: conseruatio fa-
miliarum.
Vnde facile colligendum, quantum Germanis
curae animoque esse debuerit familiaram conserua-
tio. Quapropter hic finis in uniuerso successionis hereditariae Germanicarum argumento, maxime, ubi de bo-
nis auitis agitur, merito primi principii loco subiicitur,
ad eo, ut quidquid familiae conseruandae contra-
rium videri posset, merito tanquam absolum et
repugnans, contra, quo magis aliquid cum fine
hoc conseruationis familiarum conuenit, eo tutius
illud ex analogia iuris patrii defendi queat (a).

** Principia Germanorum de seminarum successione in hereditates auitas inductione legum anti-
quarum cum Germanicarum, cum eorum populo-
rum, quibus eadem cum Germanis instituta, satis
superque confirmarunt viri summi NICOL. HIE-
RON. GUNDLINGIUS (b), ET IO. GEORG. ESTOR (c).

§. XXXV.

Indeque
XIII ius
quae situm
in bona gen-
zilia secun-
dum com-
mu-

Ne autem turbato promiscue succedendi or-
dine, atque orta inde iuris hereditarii confusione
nexum illum, quo saluti reip. suae causa praedia
geneachica obstringebant Germani (§. XXXI.),
paullatim amitterent auitae diuitiae, atque sic con-
tra

(a) IDEM cl. PÜTTER cit. diff. cap. I. §. IIII. p. 5.

(b) De renunt. filiar. illustr. cap. I. §. XII. usq. XXII.

(c) De partit. terr. illustr. cap. V. §. XXXXII. seq.
p. 33. seq. Adde virum celeberrimum FRIDERIC.

CA-

tra supremum Germanorum finem eo facilius alienum successo
narentur, sapienter constituerant maiores nostri, dendi ordinem
ut possessio[n]es gentilitiae iuxta communem succedendi nem descend
ordinem remanerent in familia*, atque inde ius in tibus tribu
bona genealogica quaesumus primario competere vlt[er]ebant. Gera
mo possessori defuncto gradu proprioribus (a), remo
tiorum vero ius, donec eos tetigerit succedendi or
do, tantisper quiesceret. Vnde nouum exsurgit iuris
German. principium, nimirum ius et causa succeden
di quidem derivatur a primo adquirente (§. XXVIII. *),
modus vero et ordo succedendi est ab ultimo defuncto.

* Satis id euincunt veterum leges, quibus pri
mo fit mentio filiorum, postea neporum, et deu
litione reliquorum agnatorum (b).

CAROL. BYRI ad Schilterum p. 400. Nec melio
ris concidit erant filiae ratione bonorum ma
ternorum (ob §. XXV.), ceu ex Burgundionum
legibus tit. LI. edente LINDENERIO p. 289. nec
impulerat non ex legibus Anglionum et Werinorum tit. VI. p.
484. docuit laudatissimus ESTOR de dotalit. pro
pter secund. nupt. cessante cap. III. §. XVII. p. 4.

(a) HVGO GROTIUS in prolegom. hist. Gothicae edi
tionis Eistorianaec §. XXXVI. p. 12.

(b) Veluti leges Wisigothorum lib. IV. tit. I.
Saxonum VII. et VIII. tit. VII. p. 76. seq.
editionis Gaertnerianae, Anglionum tit. VII.
p. 128. edit. BASIL. IOAN. HEROLDI, Ostrogo
thorum teste editio Theodorici Ostrogoth. regis
c. XXIII. Francorum docente lege Salita tit. LXII.
§. V. Plerasque earum legum allegavit illustr.
ESTOR I. cit. §. XXXIV, seq.

F §. XXXVI.

S. XXXVI.

Quia tamen **XIII.** *formiter ad id respiciendum esset Germanis, ut erat, et in amplae seruentur familiis possessiones, egrum diuisae semper penes familiam remanserent maiorum diuinitiae, ac proinde, ut ratione iudiciae plurimi ad bona autem quae ceteris pluribus eodem iure alioquin ribus eadem et gradu concurrentibus unius semper prae ceteris gradu contutatur praerogativa, isque ideo in cernendis familiarentibus liae opibus ac possessionibus reliquis praeferatur.**

*reliquis fla-
tuebant
praerogati-
bus.*

Origo in-

* Vnde generatim collegere maiores nostri: Si quo pacto dieris patuerit, curandas esse omnes beatorum auctorum divisiones. Quoniam itaque contentious illae, quibus in communione retinetur auita hereditas, multis subiciuntur molestis atque incommodis; frequentia satis maioribus nostris videmus pacta illa, quibus aut uni prae reliquis simileiter in terris autris definitur successio, atque ita ius quaestrum tribuitur, aut ita saltim conduntur partitiones, ut viuis semper prae reliquis eluceat praerogativa (a). Ad prioris generis pa-

(a) Docet id ipsum Clodouaci magni exemplum.

Eo enim defunctio primogenitus Theodoricus pene totum regnum accepit, reliqui fratres Galiam occidentalem inter se diuiserunt teste S. GEORGIO FLORENTIO GREGORIO episc. Turovensi in his, eccl. Franc, lib. IIII, cap. 160 et AIMO-
NIO lib. II, his, Franc, cap. XXXVIII. Vid. quoque ampliss. ESTOREM de partit. terr. illusfr, cap. III, §. XIII. seq.

Ita pertinet ius senioratus, aut maioratus, ut vocant, *ris senioras*,
 qd. praeципue vero *iuris primogeniture et apanagii*. Prior-tus, primo-
 mib[us] re pacto id agitur, vt solus senior, posteriore vero, geniturae et
 scilicet vt solus primogenitus in bona auta casu existente *apanagii*.
 Familia ius quaeſitum, actu consequatur, ceteri vero pari
 gradu concurrentes certa bonorum parte, tanquam
 omniſ alimentis, pro familiae dignitate et honorum am-
 plius plitudine contenti esse iubantur. Quod ad pacta
 senioratus, tametsi quaedam de iis reperiantur ex-
 empla (a), Germanis tamē vel ideo non erant adeo
 frequentia, quod contra unum tenderent conserua-
 tionis familiarum et ſucessionis Germ. principium,
 nimis, vt communis in bonis autis obſerueretur
 ſuccedendi ordo (§. XXXV.). Inde enim fit, ut ſuc-
 ceſſio ab una linea ad aliam quafi transfiliat, quod
 aegre nūmquam non tulerunt Germani. Quod ad
 pactum primogeniture vero id Germanis non
 potuit non esse frequentissimum. (b), quim eti-
 omnis, quantum fieri potest, per id evitetur ius
 hereditarii confuſio, et rationibus alijs reip.
 Germ. vel maxime conuenierit. Enimvero, quim
 bona genitura ius quaeſitum ſtatuat agnatis ob-
 non ſerendorum militiae ſumtum (§. XXXI.), ac-
 quisitum fane erat, vt in tribuendo illo iure pra-
 cipue respiceretur ad eum, qui patri prae reliquis
 ſuccedebat in militia, quippe cui et tunc prae cere-
 ris ſuſtentanda erant ſumtu[m] militarium onera;
 ut verò is ſemper erat primogenitus, qui fratribus
 reliquis aerate maior, iis etiam plerisque esse ſo-
 lebat exercitatio in militia. Germani enim vptore
 (a) Vid. GOLDASTI *seniorem* ſive *maorem*, et illu-
 ſtissimum comitem DE SOLMS de maioratu.
 (b) Exempla colligit BVRC. GOTHELF STRVV. in *ſyn-
 agm. iur. publ.* cap. XXVII. §. I. not. ****
 p. 1322.

gens mere militaris a teneris ad arma et bellum adfuecebant filios. E iure vero primogeniturae peculiari enascebatur successionis Germ. species, quam *linealem* vocant, quamque Germanis vere propria dixeris. Vi huius enim proximitas non aestimatur a gradu, sed a linea, ita ut linea primogenita (sive primogenitus, eiusque descendentes primogeniti) propriis linea secundogenita; et haec secundogenita iterum proximior linea tertiogenita habetur, et sic porro.

§. XXXVII.

Fundamen-
tum natu-
rae bono-
rum auto-
rum unice
in iure
quaestio fa-
miliae simul
competente,
aque inde
prosumente
dominio
minus pleno
lates

His iuribus quondam vixerunt Germani, his veris et genuinis principiis vrebantur maiores. Quac, si quis paullo attentius considerauerit, facile deprehendet, naturam plane peculiarem bonis suis auitis constituisse Germanos, eosque totum eius fundamentum in iure illo quaesito, quod modo tam singulari posteris omnibus a primo adquirente descendantibus tribuebant (§. XXXI, XXXII, XXXIII, XXXV, XXXVI.), indeque resultante domino minus pleno (§. XXVII.) unice collocaisse. Quare operae pretium omnimode erit, vt ad noscendam illam bonorum autorum, tam singulari rem qualitatem in dominii illios minus pleni iure Germani, in bona auita competentis naturam paulo altius inquiramus, tum etiam conclusiones inde hanc proletarias deriuemus, quarum usum nostris quoque temporibus pereximum speciatim in interpretatione fideicommissorum familiae capite ultimo demonstrabimus.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Quare ex iis, quae hactenus dicta sunt ante Regula I. ad omnia constituenda est regula, qua, quae vera et diudicanda falsa sint iuris German. principia eo facilius diuidam domin. dicari, et quae inde sunt consequentia, eo evidenter demonstrari possint. Quoniam vero praeter possessorum universae quoque familiae in bona auctoritate ob salutem reipublicae suae ius quae situm adseverant Germani (§. XXXI.), indeque non plenum ei concedebant dominium, sed minus plenum (§. cit.), dominio autem minus pleno salute reipublicae id exigente introducto ea omnia licita censeantur domino, quae cum salute publica non pugnant, reliqua vero, quae contra tendunt, nullo iure eidem permissa esse dicenda sint (§. VIII.), firmissima statim constituitur regula, si, quae salutis reipublicae Germanicae contraria non videbantur, iura hereditatis gentiliciae possessori tribuisse, cetera vero eidem denegasse Germanos dixeris.

§. XXXIX.

Quumque ad diuidicandam cuiusvis dominii Regula II. minus pleni naturam unice ad iura aliis simul in ex iure personam dominio minus pleno subiectam competencia seris omnirespiciendum (§. VII.), facilime regulam prioribus in bona mirum ad ius illud familiae universae quae situm tamquam ad normam respexisse Germanos, indeque eos, quae ita essent honorum autorum possessori, quecum probibita, prout cum iure illo primi adquirentis de-

46 CAP. II. DE NATVRA BON AVIT. IURE

scendentibus omnibus competente aut conueniebant,
aut disconueniebant, vnoce diiudicasse. Etenim ius
illud quaeſitum ſalutis recipi ſuæ cauſa familiac
vniuerſae adſignabant Germani (§. XXXI.), adeo
que, quae contra ius illud primi acquirentis poſte
ris omnibus quaeſitum erant, contra ſalutem recipi
German. non eſſe non poterant.

In quo ius dñe (§. XXXV.) ad bona auita integra nec in de
illud vni
versae fami
liae quaefi
tum confi
terit?

Illud vero ius deſcendentium omnium a pri
mo acquirente originem deriuantium conſtitebat
in iure adſpirandi cuiusque in ſuo ſuccedenti or
In quo ius dñe (§. XXXV.) ad bona auita integra nec in de
illud vni
versae fami
liae quaefi
tum confi
terit?

Proutum ſolus masculis, corumque ma
ſculini ſexus deſcendentibus (§. XXXIII.), femi
nis vero earumque posteris non niſi ſecundario et
in ſubſidiom (§. XXXIII.). Vnde neceſſario in
ferebant Germani, ea omnia, quibus nullum ca
put iuriſ huius quaefiti violaret poſſeſſionis auitaſ
dominus, etiam ſine coniuentia agnatorum eidem
circa bona familiae concedenda eſſe, reliqua vero,
quae contra tenderent, tanquam iure alterius invito
acta familiae conſenſu non accendeſte merito eidem
habenda eſſe pro illicitis.

§. XXXI.

*Quoniam ergo contra nullam partem iuriſ hu
inde conclu
iis quaefiti agebat dominus, ſi bona gentilitia vt
ſionei? ſua detinebat, ſi a quocumque poſſeſſore alienata
vindi*

vindicabat, si tam de vsu eorum, quam fructu
pro arbitrio disponebat, vel etiam ea in aliam for- *Inde nempe*
mam, meliorem tamen, aut saltum non deteriorem *Dominus*
conuertebat, rectissime inde colligebant Germani, *ratione bo-*
e iuribus in dominio contentis (§. I. *) merito *norum au-*
possessori bonorum auctorum *ius possidendi, ius vin-*
dicandi, ius viendi et fruendi, ius in aliam formam *torum habe-*
meliorem tamen, aut saltum non deteriorem mutandi *bat ius pos-*
majorum fundos tribuendum esse. *sidendi, vin-*
dicandi,

§. XXXIII.

Quandoquidem vero iura illa seorsim sumta *tamen dete-*
plures iterum inuoluunt actus, ad quos singulos *riorem mu-*
peculiaris semper facultas competit, quae speciale *tandi.*
iterum ius constituit (§. I. *), e qualibet eiusmo-
di iure multa iterum nascuntur iura alia, quae ei- *Quacnam*
dem possessori, in quantum iuris quae cipi agnato- *inde sunt*
rum non excedunt limites, minime deneganda *iura alia?*
sunt. Vnde procul dubio concludebant Germani,
I) *vi iuris possidendi domino ratione bonorum aucto-*
rum competere possessionem tam ciuilem, quam *ad ipsa*
naturalem, atque inde II) non tantum recte illum
actiones ratione bonorum eorum contra se intenta-
tes in se suscipere, et exceptionibus se tueri, sed et
III) quidquid per accessionem fundo aucto adcre-
uerit, merito cumdem adquirere, IIII) *vi iuris*
vindicandi iura omnia ad hereditatem gentilitiam
spectantia, perseQUI, V) vi iuris viendi et fruendi re-
ditus et fructus omnes sive ciuiliter sive naturali-
ter, e maiorum possessionibus prouenientes percipi-
pere, VI) praedia dummodo periculum, ne de-
teriora

teriora inde reddantur, non immineret, quoad
ipse vixerit, pro lubitu locare, VII) prout ipsi
commodum fuerit, sub eadem tamen restrictione,
ne in deterius mutentur, ad usum aptare, VIII)
in alios ius percipiendi fructus, quoad ius eius du-
rauerit, transferre, adeoque et VIII) recte eos
oppignorare, vendere, consumere, X) perceptos
ad heredes etiam eos, qui in bona genarchica
non vocantur, transmittere, et XI) qualitcircum-
que de iis disponere *, denique XII) vi iuris bona
auta meliora reddendi, catenus, quatenus de bo-
norum gentilitiorum conditione meliore reddenda
agitur, licite et liberrime cum contrahere **.

XV Iuris
German.
principium:
fructus e bo-
nis autis
percepi, non
ad bona auti-
za, sed ad
adquisita
pertinent.

Quod ex
XVI de me-
liorationi-
bus proce-
dit,

* Vnde illud quoque perspicuum evadit juris Ger-
man. principium: *fructus e bonis stemmaticis per-*
cepti non ad bona autia, sed ad adquisita pertinent.
Ius enim quae situm familie si tantum extendit ad
bona (§. XXXX), adeoque non ad fructus, qui vel
ideo, sicut bona adquisita (§. XXVII), dominio
possessoris non minus pleno, sed pleno, ac proin-
de et liberrimac eius dispositioni subiciuntur (§. cit.).

** In quantum hereditatis gentilitiae ab ultimo pos-
sessorie augetur pretium, *meliorationes bonorum autio-*
rum dicuntur. De quibus idem, quod (schol. praecc.)
de fructibus obseruauimus, tenendum. Non enim me-
liorationes, ceu ex carum definitione patet, sunt a
beneficio majorum, aut primi adquirentis, sed a
beneficio ultimi possessoris, adeoque non ad bona auti-
ta, sed ad adquisita merito referuntur (§. X.). Vi-
de non tantum recte dixeris meliorationes ad here-
des in adquisitis pertinere, adeoque et ab illis e
majorum fundo iure repeti, verum etiam conclu-
siones omnes (schol. praecc. h. §.) ratione fructuum
stabi-

Eq. stabilitas ad meliorationes quoque non inepte adpli-
cabis. De cetero contingente tali casu bonorum
auitorum ab adquisitis separatione illud saltim no-
tasse sufficiat, ob paritatem rationis eodem modo
ac in separatione feudi ab alodio operi esse applican-
dam manum. Quare ad eos, qui materiam sepa-
rationis feudi ab alodio pertractarunt (a), brevita-
tis causa nos merito referimus.

§. XXXIII.

Haec omnia sine familiae consensu recte per- Quo sensu
agebat possessionis auitae Dominus; quum ea e dominus
contrario, quibus villo modo tam saepe memora- bonorum
tum vniuersae familiae ius quaelitum violabat, nul- autorum
lo iure expediret (§. XXXVIII.). Vnde recte non habeat
sentiebant Germani I) non competere domino bo-
norum auitorum ius alienandi maiorum opes,
sive in totum sive pro parte, quascumque aliena-
tionis species, quatenus iuri huic quae situ obsi-
stunt, intelligas.

§. XXXIII.

Non ergo II) licere eidem possessiones aua- ius alienan-
ticas in perpetuum transferre in extraneos, neque di?
III) in eos, quos gradu (§. XXXV.), aut linea
(§. XXXVI. *) remotores nondum tetigerit suc-
cedendi ordo, valere tamen III) alienationem ad dies

(a) Veluti HOFFMANNVM de separat. feudi ab alodio.
L. B. DE LYNCKER de bon. alod. in feud. incorpor.
aliosque.

G

50 CAP. II. DE NATVRA BON. AVIT. IVRE

dies vitae transferentis factam, dummodo V) periculum, ne deteriora interim reddantur bona, agnatis non immineret, aut VI) translatio in eum facta fuisset, quem proxime ad ius quaeſitum aut ſucceſſionis gradualis, aut linealis iſpectatim introductae ordo vocaret. Quem tamen VII) nihil, niſi ius, viuente adhuc poffeffore iuri quaefito propiore, ad bona auita adſpirandi accepiffe facile eſt ad exiſtimandum.

§. XXXV.

Itemque ius
transigen-
di,

Eodem modo VIII) iuri transgendī limites po-
nebant Germani, atque inde VIII) procul dubio
inferebant, ſubftere transactionē de bonis au-
tis retinendis (§. XXXII. 12.), non autem X)
de iis transferendis (§. cit.), niſi XI) ea trans-
actione id agatur, ut ad agnatum iuri in bona
auita quac̄ito proximum ſuccelio transferatur.

§. XXXVI.

et permu-
tandi?

Similiter XII) ex analogia iuris German.
concludo, ius permutandi maiorum bona pari ratio-
ne reſtrinxisse Germanos, eosque XIII), si me-
lior, aut ſaltim non deterior inde redditā fuifet
bonorum auctorum conditio, permutationem ra-
tam habuisse (§. XXXII. 12.) non XIII), si de-
terior (§. cit.). Attamen XV) meliore inde red-
ditā conditione aequifimmas ratione melioratio-
num regulas (§. XXXII. ***) dataſ eosdem ob-
ſeruaffe.

§. XXXVII.

§. XXXXVII.

De cetero XVI) non consumere, non vendere, non cedere, non donare, non oppignorare, *Quaenam* non in feudum dare, aut in feudum offere, nec, consequan- siquod obstabat pacium, dividere (§. XXXVI.*), tur. nec ullo modo in alios transferre licebat maiorum opes, aut earum particulam quamdam sine familiae consensu, adeo ut XVII) nequidem in eos, quos, ut sint de familia, ad bona auita tamen nondum adspirare permiserit aut successionis gra- dualis, aut linealis cum iure primogeniturae specia- citatim inuectae ordo, alienatio facta subsisteret. Quod et XVIII) de feminis earumque descendenti- bus, donec masculorum extiterit propago, pro- cedebat (§. XXXII.). Feminae vero earumque descendentes extincta masculorum stirpe ad posses- siones auitas adspirantes XVIII) iisdem ac masculorum progenies limitibus continebantur (§. XXXIII.*). Siquid autem eiusmodi contra ius vniuersae familiae commissum esset, XX) negotium tanquam contra ius alterius actum ipso iure nul- lum erat, atque XXI) bona auita ab omnibus, qui ullo modo pertinenter ad familiam, adeoque etiam nascituris (§. XI.) optimo maximo iure a quocumque possessore reuocabantur. Imo XXII) ex ea- dem ratione bonis auitis e. g. venditis, aut oppi- gnoratis nec pretium, nec quidquam aliud restituendum erat ab agnatis reuocantibus, nisi quis XXIII) consensus vniuersae familiae, aut XXIII) pretii in hereditatem auitam versi admodum diffi-

53 CAP. II. DE NATVRA BON. AVIT. IVRE

ciles in se probationes suscepisset. Quo solo casu et meliorationis regulae (§. XXXII. 12. **), et naturalis aequitas pretium saltim restituí exigit, ne impingatur contra vulgatum illud: neminem cum alterius iactura locupletiorem fieri oppertere.

§. XXXVIII.

XVII iuris Denique XXV.) ex eo, quod iure Germanico in alodiis auitis non succedatur ultimo defuncto, principium: sed primo adquirenti (§. XXVIII. *), recte coniure Germ. cludebant Germani, agnatum successorem non es- successor in se obligatum ad praetenda facta vltimi defuncti, alodiis aui- sed primi adquirentis, adeoque XXVI) nec ad de- tis non ten- bita circa possessiones auitas ab ultimo possesso- re facta vlti- contracta soluenda eundem teneri, nisi pari ratione mi defuncti, XXVII) familiae consensus accesserit, aut XXVIII) sed primi ex re nascatur obligatio, nimurum, si pecunia in adquiren- rem familiae versa fuerit (a).

Bonorum
auitorum
iuret Germ.
definitione.

§. XXXVIII.

Vnde, ex iis, quae hactenus dicta sunt, ad- curatissimam conficio alodiorum auitorum Germanico- rum definitionem, si per alodia eiusmodi, eas in- telligo nobilium terras, quae ad primi adquiren- tis posteros masculos legitimos, sub lege dominii specialibus terminis circumscripti suo ordine suc- cedentes deueniebant (b).

§. L.

(a) Vid. illustr. IO. PETR. A LVDEWIG. de oblig. success. in princip. et client. c. VI. in opusci. tom. I. p. 599. n. * et p. 639, n. *

(b) Eam autem definitionem suppeditat illustr. ESTOR. de partit. terr. illustr. c. V. §. 49. p. 35.

§. L.

Pro coronide id quoque foecundum ex antea XVIII iuris dictis deduco principium: alodia auta Germanica German. se habuisse ad analogiam feudorum, et proinde per principium: omnia fere, unicum se vasalli ad dominum directum alodia auta cum iuribus specialibus inde consequentibus respectum Germanica excipias, sicuti feuda antiqua comparata fuisse (a). se habent ad Quod principium euidens satis videbitur illi, qui analogiam explicatam hactenus alodiorum gentilitorum qualitatem cum feudorum natura paullo exactius contulerit.

CAPVT III.

PRINCIPIA IURIS ROMANI A GERMANORVM PLACITIS PLANE DIVERSA COMONSTRAT, ET FIDEICOMMISSORVM FAMILIAE GERMANICORVM ORIGINEM IVRIBVS PEREGRINIS IN GERMANIA RECEPTIS OSTENDIT,

§. LI.

Qui pecularia haec Germanorum circa bona *Quare alia gentilitia considerauerit principia, et cum omnia statu-* Romanorum institutis paullo adecuratus comparaue- *at ius Roma-* rit, facilime animaduertet, non solum illa Germanum?

norum circa maiorum possessiones instituta vix ul-

G 3 lam

(a) Rei veritas er illis, qui iuri rom. alias tanquam infiliis glebae adscripti sunt consensum extorsit, veluti BERLICH, part. II, conch. 13, n. 8, et MODEST. PISTOR. Vol. II, conf. 50, n. 22.

Iam cum Romanorum placitis admittere analogiam, verum etiam tanquam e rationibus diuersi reipublicae status profecta e diametro plerumque opposita reperiri. Eoimvero, quum in iure Romano Iustinianeo principiis monarchicis praecipue adcommodarentur instituta, atque inde nullus temere statuendus esset conseruationis familiarium fauor, imo potius in id, vt tenues paullatim redderentur familie; incumbe opporteret, Germanis vero rationibus reipublicae suae conformiter conseruationis familiarium finis vniue proferendus esset (§. XXXIII. *), e diversissimis hisce principiis diversissima quoque iura non poterant non promanare.

§. LII.

*Exponuntur initia-
za Romanorum a
Germanorum scitis
admodum diuersa.*

Inde ergo est, quod Romani necius quaestum vniuersae familiae in maiorum bona, nec proinde possessori in possessiones proauitas dominium minus plenum tantum, sed plenum adsarent, ideoque nec diuidi, nec alienari bona vterent, nec feminas ab iisdem excluderent (a), nec illis praeferrrent masculos, sed liberam cuique bonorum suorum dispositionem relinquerent, proptereaque soli ultimo defuncto, eiusque beneficio,

(a) PETRVS GYDELINVS quidem de *iure noniss.* lib. II. c. XV. p. 98. in bonis genearchicis non dissentire hic arbitratur ius Rom., sed confudit instituta Armeniorum, cum noua Iustiniani legislatione nou. XXI. recte capropter notatus ab illustri ESTORE de partit. terr. illustr. c. V. §. XXXXVII. p. 35.

cio, non maioribus succedi statuerent (a), imo omnem quod ad effectum inter bona auita et adquisita differentiam penitus ignorarent. Quae omnia iis etiam, qui vel primoribus labris degustarunt Romanorum iurisprudentiam inter nota habentur notissima.

Etsi vero yix credibile merito videri posset, *Quae iuram diuersa iura in eadem republica, apud Germanos inquam, morum suorum quondam tenacissimos commisceri umquam potuisse;* experientia tamen docuit, non tantum irrupisse in Germaniam exteras illas Romanorum leges, sed et, licet saluo iure patrio essent receptae, in exilium fere abegisse saluberrima maiorum instituta, adeo ut ne pacis et statutis conseruari vix potuerint ea iura, quae olim solis moribus expediti et explorati iuris habebantur.

Postquam enim iuris Romani in Italia reuinii- *Brevis hu-
scientis instituta tanquam principiis monarchicis ius rei hi-
magis adcommodata se probauerant regibus Ger-
maniae in Italia tum temporis commorantibus, at-
que hi proinde Ietros et in aulas recipere, et sum-
mis decorare honoribus inceperant, pares hono-
rum gradus ambientibus Germanis, atque ideo
solis*

(a) Licet contrarium etiam e Romanorum scitis deduci posse probent *acta Hanoviens.* part. III. p. 69.
et 70.

36 CAP. III. DE DIVERSIT. IVR. ROM. ET GERM.

solis Romanorum legibus in academiis Italiae vnicē operam consecrantibus non sordescere non poterant maiorum leges, sola vero Quiritium placita adridere. Quō facto, dum accideret, vt in Germania quoque condicerentur academiae, eaeque a solis iuris Romani doctoribus occuparentur, imo ipsum ius Roman. publici iuris fieret, tantus Germans peregrini huius iuris amor inuaserat, vt in propria quasi saceruentes viscera bellum grauissimum indicerent domesticis iuribus, imo totum patriae Themidi exitium comminarentur. (a).

§. LV.

Illustres nobis Paria fata quum accidenterent sapientissimis maioresque familiis nostrorum circa bona auita institutis, atque militiae coninde possessoribus suasu Iectorum ad alienationes tra irruentes diuisionesque certatim properantibus, ruinam temeritis peregrini impetratum me diuisi confundendi iuris patrii usq; sunt,

Præsentissimam præ se videbant illustres nobiles que prosapiae, imo iam innumerae eiusmodi familiae aut extinctæ iacebant penitus, aut ad tenuem satis redactæ conditionem lugebantur. Quare, nisi perditum ire vellent reliquæ cum iure patrio, cum eo inquam iure, quod sepultum fere iacebat et obliteratum, de medio retinendi moris domestici tanquam conservationi familiarium adcommodatissimi (§. XXXIII.) necesse erat, ut cogarent. Quidam igitur, qui non interrupta secundum consuetudinem, ad pæla, ut vocant;

(a) Vide viri magnifici 10. ADAMI KOPPII histor. iur. Germ. priu. epocha VI, th. I. vsq. VI.

cant, *successoria*, quae iam dudum se probauit et
rant Germanis testamenta ignorantibus (a), qui testamen-
dam ad *statuta*, imo quidam suasu iureconsulto-
rum ad ipsa *testamenta*, ad ipsum igitur ius Roma-
num confugiebant consuetudinis patriae conser-
uandae quaesituri remedium, inuenturi numquam.

§. LVI.

Quamquam enim ab eo tempore frequentissi-
ma extiterint familiarium illustrium pacta, fre-
quentissima testamenta (b), frequentissima statu-
ta, quibus pulcherrima seruarentur iuris patrii in-
stituta, Icti tamen solis Romanorum legibus in-
buti, quibus scatebant iudicia, feruebat forum,
cumulabantur academiae, id sibi praeципue sum-
pserant negotii, ut qualiacunque ea essent, etiam
iuri Romano contradictoria, dummodo umbram
quamdam analogiae referrent, ad Quiritium pla-
cita reuocarent. Inde ergo statuta adgressi perni-
ciosissimo illo brocardico, iura et statuta Germa-
nica e iure Romano tanquam communi esse inter-
pretanda, in tantum deformitarunt exiguae has iu-
ris

*Quae ta-
men omnia
peruerse a
letis Roma-
nis fuerunt
explicata.*

(a) TACITVS de mor. Germ. c. XX. Illustris BOEHMER
de fundam, paet. ad fideic. inclin. c. I. §. I.

(b) Ad illustranda sere omnia de fideicommissis fam.
dicenda adhiberi poterit notissimum illud testamen-
tum CASPARI LERCH DE DÜRMSTEIN anno 1645. con-
fectum, quod ob singulares eius proprietates par-
ti III. obseruat, forens. addidit perill. GE. MELCH. DE
LVDOLF fascic. II. docum. notab. p. 203. seq.

58 CAP. III. DE DIVERSIT. IVR. ROM. ET GERM.

ris German. reliquias, vt genuini iuris patrii vix speciem et umbram referant (a).

§. LVII.

Speciatim
vero pacta
familiae.

Vnde ori-
go fideicom-
missorum
familiae
conventio-
nalium.

Speciatim vero ad pacta familiae se conuerte-
bant Romani iuris cultores. Quoniam enim he-
reditatem pacto deferri Romanis portentis instar
habeatur, ad quodnam caput iuris Rom. conuen-
tiones illas reuocare nescii, tandem analogiam in
fideicommissis familiae deprehendisse sibi vixi sunt.
Et quamquam aliqua superesse videretur inconue-
nientia, eam satis mediocrem rati ad fideicommissa
aliquo modo anomala ea reiecerunt, atque ad tegen-
dam nescio, an ad prodendam potius, quae late-
bat, contradictionem, fideicommissa familiae con-
ventionalia adpellarunt, quo notissimo nomine ad
nostra usque tempora propagato in praxi nihil per-
cipi solet frequentius.

* Fideicommissis enim familiae iutis Rom. id agi-
tur, vt possessor hereditatem extra familiam non
alienet. De cetero autem, si quis possessor rem fidei-
commissariam in alium praeter eum, quem proxime
ad fideicommissum vocaueris successionis ordo,
transfulerit, proximo in successione competit actio
ad rem alienatam a quocumque possessore vindican-
dam (b). Quae omnia quoque in pactis suis fan-
tinerant illustres nobilesque prosapiae,

§. LVIII.

(a) Eorum segem coligit IAC. FRID. LUDOVICI in
diff. de dñers. nat. bon. adquis. et heredit.

(b) L. 69. §. 3. D. de legat. II.

§. LVIII.

Vnde factum, ut omnia quoque ea bona, quae *Quid sunt* avita olim, Germanice *Stammgüter* audiebant, *fitalia fidei* deicommisla familiae nuncuparentur, eorumque *commissa* natura haut parum in transuersum torqueretur commixtis cum Germanico iure Romanorum constitutionibus. Quapropter *fideicommissa familiae* hodie ea bona dicuntur, in quibus maiores ad conservationem familiae iuris Germanici principia obseruanda esse statuerunt (a).

* Plurima quidem extant de his fideicommissis *Quaenam* scripta, at ex veris fontibus desumta, adsunt pau- de his fidei- cissima. Notissimum illud PHILIPPI KNIPSCHILDII de commissis fideicommissis familiarum nobilium opus male adpli- catis vndeque refertum est Romanorum scitis. Nec scripta? melioris farinae sunt MARCVS ANTONIVS PEREGRINVVS, ANTONIVS DE PETRA, FVSARIVS, et inter recentiores NICOL. BESTIVS, aliquique id genus magnae auctorita- tis viri, solius Romani iuris basatores. Inter eos vero, qui ex instituto secessere a le inuicem cepe- runt diuersissima, si in illo, sane in hoc iuriuum genere Germanorum et Romanorum instituta praec- ter virum illustrem atque celeberrimum IUST. HEN- NING, BOEHMERVM de fundam. pactor, ad fidic. inclin- ant, et V. C. IO. ERNEST. SCHROETERVM de fidic.

H 2. > iur.

(a) Ceu recte ea definit laudatissimus RÜTTERVS in ele- ganti opuseculo de iure sem. adspir. ad fideic. fam. c. II. §. XIII. p. 12. eaque definitio illustratur per pactum nobilit. Suevicae, Franconiae et Rhena- nae d. 12. Febr. 1653. apud LÜNTIGIVM im tout- schen reichs- archiv part. spec. contin. III. p. 14. n. 7.

*Renuntia-
tiones quo-
que filia-
rum nobi-
lium e ma-
le adplica-
to iure
Rom. or-
tam traxe-
runt.*

iur. Rom. et Germ., noui neminem. Saltim aliorum copia mihi fieri nondum potuit (a).

** Pari ratione ea speciatim Germanorum de fe-
minis earumque posteris ab hereditate auita exclu-
dendis instituta vexarunt ICti, atque inde *renuntia-
tionibus filiarum illustrium nobiliumque* (*verzicht bis
auf den ledigen anfall*), originem dederunt. Cuius
rei verbosiorem explicacionem nec instituti ratio,
nec ea, quae de pactis hisce iam adsunt, exqui-
stissima virorum de instauranda Germanorum iu-
risprudentia egregie meritorum opuscula (b), per-
mittunt.

§. LVIII.

*Quaenam
e doctrina
iuris Rom.
familii
nobilitus
damna, et
iurum
confusione
promana-
rint?*

Atque inde non consequi non poterat, quam
ut inconcinnae non tantum, sed et familiis illustri-
bus perniciosissimae pactis eiusmodi adplicantur
doctrinae. Ex eo enim, quod conuentiones illas
adinstar fideicommissorum esse statuebant, in eam
non ire non poterant sententiam, quam ut earum
quoque natura e Romanorum legibus unice eruenda
sit, ac proinde omnia, quae Romano iure de fidei-
commissis dicta reperiuntur, hisce Germanorum
dispositionibus etiam adtribuere oporteat. Inde
ergo

(a) Compara tamen etiam IO. PETR. DE LVEDEWIG p.
84, n. 152. in *iuribus feudorum*.

(b) Nomino inter eos illustr. I. H. BOEHMERVM diff.
cit. NICOL. HIERON. GVNDLINGIVM de renunciat. be-
redit. filiar. illusfr., perillusfr. IO. VLRICVM L B. DE
CRAMER et illustr. HENR. CHRIST. SENCKENBERGIVM
de paEt. heredit. renunciat. filiar. nobil. nec non V. C.
IO. STEPH. BÜTTERVM de iure femin. adspir. ad fideic.
sam, earumque renunc.

ergo est, quod fideicommisla illa, et si in perpetuum concepta, ex communi tamen sententia quarto gradu, nisi de enixissima disponentium voluntate constiterit, terminari censerent (a)*, quod bonorum eiusmodi fideicommisso obnoxiorum alienationem licitam crederent ob caussam necessariam alimentorum nimirum, nec non dotis, donationisue propter nuptias (b) **, quod eadem ex iuris canonici sententia (c) et detractioni legitimae, et Trebellianicae, aut saltim unius ex illis (d) subiecta esse contendenter ***, quod denique illa tanquam a iure communi deuiantia non latam, sed strictissimam recipere interpretationem, eamque non aliunde, nisi ex solo Romanorum iure desti- mendam esse mordicus adseuerarent, et quae plura sunt eiusmodi argumenta ineptissima, quaeque necessario nexus non inde non sunt consequentia.

* Enimvero prohibitio alienationis, tanquam quae contra principia iuris Rom. tendebat, iure ciui- li vel maxime erat odiosa, ideoque non latae, sed strictissimae erat interpretationis, quum e contrario alienatio mirum quantum fauorabilis haberetur (e).

H 3

Vnde

- (a) *Nou. CLVIII. ZACHAR. HVBER, in obseru. rer. iu- dicat. obseru. LX.*
- (b) *Nou. XXXIX. cap. I. PHIL. KNIPSCHILD de fideic- fam. c. VI. n. 185.*
- (c) *C. 16. et 18. X. de testam. et vlt. volunt.*
- (d) *Idque ex iuris ciui. dispositione vi L. 6. pr. C ad SC. Trebell. HERM. VULTEIVS vol. IIII. consl. Mar- purg. XXX. n. 88. et 210. PHILIP. KNIPSCHILD I. c. n. 150.*
- (e) *L. 114. §. 14. D. de legat. I. L. 38. §. 4. D. de le- gat. III.*

62 CAP. III. DE DIVERSIT. IVR. ROM. ET GERM.

Vnde planum est, iure ciui. eam non intelligi, nisi expresa desuper ad sit testatoris dispositio, et si ad-
est, eam omni, quo fieri potest, modo restrin-
gendarum esse. Ex qua propositione omnes sere flu-
unt, quas adduximus, iuris Rom. de fideicommissis familiae constitutiones.

*Germani
ignorabant
dotes mulie-
rum,*

*Itemque
Trebellianam,*

** Quamincongrua hic sit iuris Rom. ad Germ. applicatio vel ex eo patet, quod Germani ignorauerint uxorum dotes, tanquam qui marito mulieris dotandas onus imponbant (a), partim quia feminas ab omnifere successione excludebant (§. XXXIII.), partim quia optimam mulierum dotem non bonorum amplitudinem, sed animi virtutes arbitrabantur (b). Qui enim exigua illas res, quas nupturae marito adferbant (c), quaeque *adparatus* et *infructus* nomine veniebant, dotes dixerit, nemo est, nisi qui alta rerum Germanicarum tenetur ignorantia.

*** Has quoque conclusiones ex inconvenientius e Romanorum iure arcessere doctores quilibet perspiciet, qui de quartis illis in omni iure Germ. nec volam existere, nec vestigium haut ignorauerit (d). De quarta Trebellianica quidem nemo, arbitror, est, qui dubitauerit umquam. Imo, si quis eam ideo a Romanis inventam fuisse, considerauerit, ut fiduciarii ad adeundam hereditatem allicerentur, idque cum hereditatibus auitis Germanicis, in quibus possessor ex fructibus longe maius emolumen-

tum,

(a) Prouti clarissime euictum dedit NIC. HIER. GVND-
LING *de coenitione uxorum* cap. II. §. X. seq. p. 42
seq.

(b) Id, quod et obseruauit HVGO GROTIUS *in proleg.
bist. Goth.* §. XXVII. p. 9. et 10.

(c) Confer. illustr. ESTOR *de adparatu et instruclu nu-
ptiarum.*

(d) Vid. perill. LVDEWIGIVS *de quarta Trebell.* et legi-
tima exule in fideic. fructuar. in opusc. tom. I.

etiam tum, quam quartam hereditatis partem consequitur, ita, ut non metuendum sit, ne hereditas destituta relinquatur, comparauerit, nescio, si quis sit, qui eam moribus Germaniae inadmodum difficultam non esse dixerit. Idem de legitima tenendum, et legiti-
ma, quam iuris Germ. legitimam esse solum nemo ad-
firmauerit. Exheredationem enim ex ipsa eius no-
tione supponit legitima, quam, utpote testamenti
speciem, vna cum testamentis quoque ignorabant
Germani (§. LV.)

§. LX.

Sed, quod bene haecce iuris Rom. principia *Pacta fa-*
adplacentur familiarium illustrium, nobiliumque miliarum
Germaniae placitis, nemo, credo, est, qui adseue- *nobilium*
rauerit. Praeterquam enim, quod solis debentur *circa bona*
moribus Germaniae Romanorum placitis e diametra *auta e solo*
tro oppositis (§. LII.), ceu in antecedentibus iam *iure Germ.*
vndique demonstrauimus, nullum in viuero Ro- *fluant. Imo*
manorum iure ostendi poterit caput, quo pacta *ipsi iuri*
eiusmodi, siue, ut loqui amant, fideicommissa *Rom. re-*
conventionalia praesidium inneniant. Demonstra- *pugnant*
uit id ex iuris Rom. scitis eruditione omni exce- *fideic. con-*
ptione maiore illustris I. H. BOEHMERVS de *fundam.*
pactor. ad fideic. inclinant (a), atque frustra ciusmo-
di fideicomissa in Romanorum constitutioni-
bus requiri docuit, siue in donatione inter viuos
modali, siue in fideicommissis tacitis olim visitatis,
siue

(a) Cap. I. §. VII. seq. viiq. ad cap. II. p. 7. viiq. 21. Quod
ctingenuis fatetur ipse ANTON. PEREGRINVS de fideic.
art. I. n. 12. nec non FERDIN. CHRISTOPH. HARPF-
RECHT de fideic. conuent. §. VIII. n. 21.

64 CAP. III. DE DIVERSIT. IVR. ROM. ET GERM. &c.

sive in L. 38. §. 7. *D. de legat. III.*, sive in alio quocumque, siquod extat, iuris Rom. capite refugium quaeras. Imo ipsum fideicommissi conventionalis vocabulum esse in iure Romano fundatum contradictionem in adiecto involvere, certo est evidens. Quoniam enim fideicomissa ex ipsa eorum notione dispositiones sunt solius defunctorum disponentes voluntate verbis precatis factae, quibus fidei heredis committitur, ut alteri vel hereditatem vel rem singularem restituant, quodsi in vim conventionis subsistere possent, nil aliud sequeretur, quam esse fideicomissa ultimas voluntates unilateralares, et non esse, ipsumque ius Romanum pacis successoris vim attribuere et non attribuere, et si quae plura sunt eiusmodi incongrua, contradictoria, inepta et inter absurdia absurdissima.

CAPUT IIII.

PRAXIN IVRIS HODIERNI CONTINET, ET QVAENAM E COMMIXTIONE VTRORVMQUE IVRIVM TAM ROMANI QVAM GERMANICI IVRIS RELIQVIAE IN VSV MODERNO, SPECIATIM VERO IN INTERPRETATIONE FIDEICOMMISSORVM FAMILIAE SVPERSINT, OSTENDIT.

§. LXI.

E commixtione tamen iuris Rom. **Q**quamquam vero haec omnia recte se habeant, et peruersa haec iuris Romani ad Germanicum adPLICATIO inuita Themide facta sit, nemo tamen

tamen negauerit umquam, inde factum esse, ut per et Germ.
culiaris quaedam et recentior e commixtione illa species no-
vitusque iuris Romani et Germanici nouissimi iu- uissimi iu-
ris species emeretur, adeo, ut deprehendamus qui- ris emeretur.
dem adhuc insignes iuris Germanici reliquias,
sed quasdam etiam natas e Romano iure mutatio-
nes inducimus. Quam iuris moderni speciem,
sive eam praxim, sive viuni iori, sive mores voca-
tris, quin praefente capite explicare animus sit,
prius, quid Romano iure in praxim migrauerit, per-
scrutabimur, deinde quenam, tanquam fractae
et superstites e naufragio tabulae, iuris Germ. reli-
quia supersint, demonstrabimus.

§. LXII.

Prima, quae per Romanas leges introducitur, I Quod bo-
mutatio haec occurrit, ut bona, quae auita ha- na auita
tenus dicta, sive Stammgütter, iam fideicom- bodie deno-
missa familiæ nominentur, pariterque is, quem minentur
primum adquirentem vocamus haec tenus, fidei fideic. fam.,
committentis sive testatoris nomine obueniar; ille iuri Rom.
nimirum, qui primus in bonis suis, quae poste-
ris reliquit, ad conferuationem familiae suae sive
paclio sive testamento iuris Germanici principia ob-
seruanda esse statuit (§. LVIII.).

Differe tamen potest adhuc hodie, etiam in ef-
fectu primus adquirens et primus fideicommit-
tens (a).

§. LXIII.

(a) Cui monstrauit V. C. 10. STEPH. PÜTTER de iure ad-
sp. fam. ad fidei. fam. cap. III. §. XXXXVI. p. 38.
vid. SVM. I. c. §. XXXVII. seq. p. 31, et 32.

Nec non in
H. quod
hodie bona
qualitate
bon. aut.
adjecta non
conseantur,
nisi id con-
fuerit. statut.
aut fideic.
specialitor
cautum fue-
rit.

LXXXI. Similiter, et si omnia quondam bona, quam
primum a patre adquirente transirent in filium,
qualitatem honorum autorum recuperent (§. XIII.),
atque omnibus proinde iuris Germ. circa posse-
siones gentilitias sanctionibus (toto capite II.) ex-
plicatis ipso iure obnoxia redderentur, cum tam
men iure Rom. in Germania recepto iuris patrii
antiqui instituta, nisi specialiter retenta, perierint,
ea vero, quae circa bona genealogicae vigebant,
iuris veteris Germ. praecepta aut consuetudines,
aut statutis, aut denique pactis testamentisue fue-
rint conservata (§. LV.), inter conueriones a iure
Rom. profectas id quoque hanc refertur postre-
mum, quod nulla hodie bona peculiari illa qualis-
tate, qua hereditates gentilitias quondam circum-
dederunt Germani, adiecta conseantur, nisi aut
statutis retenta fuerint maiorum placita, aut con-
tinua consuetudine iuris Germ. constitutiones re-
tinuerint familiae (a), aut denique easdem pactis
testamentisue, siue, ut ore Romano loquar, fidei-
commisiss confirmariint*.

Inde inter
pleb. fore
exclusa, iuris

* Quod, quum solae fecerint familiae illustres nobis-
tis ni indeisque (§. LV.), facile reddideris rationem, quorū apud
plebeios plerumque exceptis illis, quae statutis fer-
mantur,

LXXXII.

(a) PHILIP. KNIPSCHILD *de fidei. fam. cap. VI. n. 74. De*
fideicommissis consuetudine introductis comparata
quoque per illi, AVGUSTIN. A LEYSER in medit. ad pand.
tom. VI. specim. CCCCLIII. medit. I. corol. I.
p. 990.

inventur, penditum iuvant *iuris Germ.* circa bona *Germ.*
auta constitutiones. Quos tamen aequae ac nobiles *princ.*, quae
speciali pacto aut testamento reuocare posse maiori- tamen az-
rum mores, nullus dubito (a). que special,
introduce possunt.

§. LXIII.

Atque inde facile patet in diuidicanda bono- III. iure
rum qualitate fideicommissi, ut loquuntur practi- Rom. effe-
ci, adsectorum natura, non amplius primario ho- etus est,
die recurrendum esse ad veterum Germanorum quod bodiz
leges, non ad statum recipublica Germ. antiquum, primario
illum verum omnium regularum fontem, sed ad sit respic.
intentionem priui fideicommittentis; indeque ho- ad intent.
die principaliter ius quaesitum agnatorum in fidei- fideicom.
comissa familiae aestimari opportere. Vnde fir-
missimae quod ad praxin constituantur regulae: I) et leges fa-
vbi singulare aliquid legibus familiae statutum, ibi miliae.
secundum has iudicandum esse, ac proinde II) uti alias
ex legibus antiquis Germanicis, ita nunc quoque ex
plurimis familiae legibus in eadem re consentientibus per
inductionem analogiam quamdam iuris Germ. derivari Secundario
posse. Vbi vero (III) familiae legibus nil peculiare tamen re-
introductionem, ibi uniuersa iuris Germ. principia (cap. cura, ad
II, stabilita) sequi nos oportere (b).

* Vnde quoque patet dominium, quod in bona
auta salute rep. exigente restrictum erat hactenus
(§. III. et XXXI.), hodie expressa domini adquiren-
tis (XXX. et XXXI.) (XXX. et XXXI.) (XXX. et XXXI.)
(a) HARPPRECHT c. I, §. XXXI; n. 14, contra KNIPSCHIL-
DTIVM c. I, n. 43, et 44.
(b) V. C. IOSEPH, PÜTTER c. I, §. XXXVI, p. 30.

... tis voluntate (§. III.) in fideicommissis familiae minus plenum euadere, itemque, quod ex pacto tacito et prouidentia maiorum in praedia genearchicae familiae ins quaesitum competitabat (§. XXVIII. *), id nunc in bonis fideicommissariis ex pacto et voluntate maiorum expressa deriuari.

Quod et de statutis procedit.

** Eadem regulae statutis, quibus iuris Germ. circa bona auta continentur reliquiae, applicandae, ita ut semper id primario respiciendum sit, si quod peculiare statuta sanciant, si non, eorum interpretatio e iure Germ. antiquo defini debeat. Acque enim in statutis, ac in fideicommissis familiae maiores iuris Germ. praecepta obseruanda esse statuerunt (§. LV.). A plurimis itaque statutis in re quodam convenientibus aequis ad analogiam quaedam iuris Germ. recte concluditur.

*Inter singu-
laria fam.
legibus
praescribi
solita sunt.*

*I introduc-
tio iuris.
primogen.*

II ut due

*tantum per-
sonae succe-
dant.*

*III ut cau-
tio iniun-
gatur agna-
tis praefun-
da.*

flenda.

*** Innumera praescribi solent in eiusmodi familiae legibus plane peculiaria tum ratione modi succedendi, tum circa qualitatem personarum, conditioes implendas cetera, que omnia enumerare frustaneum, et, si non impossibile, saltum difficultissimum sorer. Inter praecepta sunt I) introductio iuris primogeniture, aut alii modi, quibus fini Germanorum (§. XXXVI.) conformiter nimiae bonorum diuisiones praecaventur, veluti II), ut inter eos, qui pari gradu et iure ad fideicommissum fam. adspirant, duae tantum personae succedere iubantur bonorum virorum arbitrio eligendae (a). Nec non II), ut ad vitandam possessionum genearchicarum alienationem et deteriorationem ob ius vniuersae familie quaeſitum (§. XXXX.) prohibitam (§. XXXXIII.) cautio praestanda iniungatur fideicommissi possessionem

(a) Vti sanxit CASPAR. LERCH DE DÜRMSTEIN apud per ill. DE LVDOLF. part. III, obseru. p. 221 seq.

nem consequentibus, ut bona penes familiam integrum remaneant (a). Itemque IIII), ut eundem in finem rerum omnium fideicommisso obstrictorum inuentari inuentarium iisdem conficiendum praecipiatur. Quod, et si per se necessarium non sit, si speciali legge familliae iniunctum non fuerit (b), ad securitatem tamen possessorum, eorumque heredum in adquisitis haut parum conduceat, adeoque merito suadendum. Porro V), ut ad obtinendum praecipuum illud conservationis familiarum caput nobilitatis aut betur nobilitas splendorum nimitorum, maiorumque et insignium litteras pragentiliorum numerum in columnam seruandum ne uitia. idem bo- miq; ad fideicommissum admittendum esse san- ciatur, nisi nobilitatem proauitam insignaque gen- tilitia rite probauerit (c). Praeterea que VI), ut alie- dum fideicommissariorum commido alienatio quae- natio ad dam bonorum fideicommisso obnoxiorum permit certam sum- tur, eadem tamen ad certam summan restrin- gantur (d). Denique VII), ut ad iudicium doctorum mittatur, que iure Rom. incurritorum cauillationes fugienda VII) ut dos e fideicommissarii eiusmodi hereditibus dos con- ce legitima stituatur filiabus nobilibus, nec non ceteris a fidei- commissio exclusi legitima praestanda determinetur (e) &c.

I. 3. §. LXXV. &c.

(a) Itidem docente fideicom. Lerchiano I. c.

(b) Diss. PHIL. KNIPSCHILD. I. c. cap. XII. n. 8.

(c) Teste iterum fideic. Lerchiano. Compara quoque illustr. IO. GEORG. ESTOREM de ratione viti. et ex- plor. in demonstran. nobilit. proauit. cap. II. §. 18. p. 20.

(d) Quod illustrari potest pacto sam. Oettingensis §. 6. apud illustr. BOEHMERVM vol. II. consil. XXXXV. quaest. II. n. 59.

(e) Ceu docet pactum comitum de Sulze apud LÜ- NIGIVM spicil. saccul. p. 1352.

§. LXV.

E iure ^{ma} Germ. ^{su} e iure Rom. in praxi superfites: supereft, vt et in pereft *Ius retractus* reliquias juris Germ. inquiramus. Quocirca prima statim fronte nobilissima illa consuetudinis patriae soboles *ius retractus gentilium* icilicet, notanda venit. Etsi enim per introductionem iuris Rom. id. iuris euaserit, vt iura circa familiarum patrimonia quandam apud Germanos, obtinentia vigere hodie non censeantur, nisi specialiter conferuata (§. LXIII.), id tamen merito moribus patris haut penitus abolitis adscribimus, quod ibi etiam, vbi libera de bonis hereditariis dispositio permititur, alienatio tamen eorum honorum haut fieri possit, nisi prius propinquis, qui extant, omnibus secundum gradus proximitatem offerantur ad emendum, eoque casu idem soluentibus premium prac extraneis aut agnatis remotioribus vendantur. Vnde ex ipsa iuriis huius origine (§. XXXII. ***) a et profectu sequentes conclusiones practicas inferimus, nimurum: I) *ius illud retractus* fundari in iure illo quæsito agnatis omnibus quondam ^{de iure} in possessiones familie competente (§. XXXII. **), et imitationem quondam cum eodem admittere (b), adeoque II) non amplius vt olim ad solum restrigi necessitatis casum (§. cit.), quum et alienatio honorum auitorum hodie extrema necessitate non

VR-

(a) De qua pariter videndus perill. a LEYSER tom. III. medit. I. II. specim. CXCIII. p. 460. et BOEHMERVM c. l. n. 49.

(b) BOEHMER. vol. II. conf. XXXXV. quæst. II. n. 99.

urgehite fieri possit, nisi specialis eiusdem prohibitiō facta fuerit (§. LXIII.), non tamen III) recte illud extendi ad bona etiam adquisita, sed ad sola auita, sive ab adscendentibus paternae, sive māternae lineae profecta (§. XIII.** et §. XXV.) pertinere (a), siquidem et iure quaesito quondam non in bona adquisita, sed in auita tantum vniuersa gaudebat familia (§. XXVI.). Pari ratione III) in retractu uti in iure illo quaesito moribus Germaniae in bona auita competente ad gradus proximitatem respiciendum esse (§. XXXV.), eoque non facto IV) agnatos praeteritos eodem pretio soluto rem alienatam merito retrahere, rectissime enim VI) se habere practicorum brocardicon: cumdem in retrahendo ac in succedendo ordinem obtinere (b). De cetero VII) nihil interesse, vtrum nobiles retrahant, vtrum aliae personae priuatae, quum et ius in bona familie quaesitum vniuersaliter quondam viguerit in Germania (§. XXXII.).

§: LXVI.

Præcipius vero iurium Germanicorum circa Ad reliqui bona gentilitia usus superest in interpretatione fi- as iuris deicōmissorum familie iis maxime in capitibus, Germ. II) vbi nihil peculiare, nihilque iure Rom. commix- speciatim statuant (§. LXIII. 3.). Enimuero, si ve- referen- rum est, quod familiarum nobilium pacta, sive dum, quod interpret. vt Romana voce vtar, fidēicōmissa familie non fidēic. fam. Ro-

(a) *Confil. Halens.* tom. I. lib. I. *confil.* 123. *quaest.* I.

n. I. p. 297.

(b) *Vid. ead. confil.* tom. I. lib. III. *confil.* 71. *quaest.* L

n. 6. p. 774.

72 CAP. III. DE PRAXI IVR. HOD. ET RELIQ. IVR. GERM.

e morib.
Germ. pe-
tenda sit.

Romano, sed Germanicō iuri originēm debeat
(§. LV.), si verum est, inquam, quod nullum
corū in vniuerso Quiritium iure reperiatur ve-
stigium (§. LX.), imo si turpissimam eo iure con-
tradictionem inuoluant (§. cit.), quis non videt
nugas agere atque incepire eos, si qui sunt, qui
fideicommissorum eiusmodi decisionem e Romanis
legibus desumendam esse contendunt; quin tam-
en hic Germanorum instituta a Romanorum prin-
cipiis non differant, sed abhorreant plane, et ad
contradictionem usque repugnant. Quodsi enim
vlla in re, sanc in hac prima statim fronte incul-
canda foret pulcherrima illa regula a viris verae et
genuinae iurisprudentiac restauratoribus dudum

Probœ enim commendata: Germanorū nostrorum instituta ex
hic separatis eorumdem iuribus moribusque, Romana ex solis
randa iura quiritium legibus deriuari ac tradi oppertere (a).
Rom. et Germ.

Vlterior
ratio ex
ipsa iure
Rom.

§. LXVII.

Imo, si quis ad ipsas respicere velit Romanorū
constitutiones, nisi in eamdem iuerit senten-
tiā, contra ipsa Quiritium placita turpissime allu-
cinabitur. Id enim Rom. iure undique videmus
inculcari: in testamentis, paclisque ante omnia ad
intentionem disponentium paciscentiumque tan-
quam ad normam et basin quamdam esse respi-
ciendum, atque inde omnis pacti, omnis testa-
menti

(a) Vid. virum saepissime laudatum I. H. BOEHMERVM
de fundam. paclor. ad fidic. inclinant. cap. II. §. II.
P. 22. magnif. KOPP de testamentis Germanorum
P. 183.

menti interpretationem vnicesse repetendam (a). Quodsi ergo in fideicommissis familiarium nobilium Germaniae sive in testamento, sive in pacto consenserit ea sit dispensentem, pacientiumue intentio, ea voluntas, ut iuris patrii antiqui familiarium nobilium confirmationi admodumtissimi in usum retinetur dispositio (§. LXII.), quis non ex ipsis Rom. iuris rationibus concluder, fideicommissi eiusmodi familiae sive testamentis sive pactis condita non e Rom. sed Germ. iure diiudicariopportere. Amo pone, non expresse in eiusmodi dispositionibus, quod tamen plerunque fieri solet, memoratum suisse morum priorum iurisque Germ. antiqui conservandi, nullum tamen alium hisce fideicommissis finem propositum inuenies, quam confirmationem familiarium, cui, sicut instituta sua mirum quantum applicarunt Germani (§. XXXIV. *), ita Romanorum placita eidem fini numquam non erant inadmodumtissima (§. LIII.). Quis ergo fideicommissorum eiusmodi diiudicationem non e iure Germ., sed Rom. petendam esse dixerit? Ut riteam, ius Rom. tantum receptum esse in subsidium saluis per omnia receptione iur. ribus patriis, adeo, ut iis in rebus, ubi vtraque Rom. tanta sibi inuidem repugnant, presumptio capientum subsidiaria pro moribus Germaniae, fundansque se in aria.

iure Rom. eius receptionem probare teneatur,

(a) F. C. HARPPRECHT VOL. NOV. CONSIL. L. B. 236. SEQ.

I. H. BOEHMER, C. CONSIL. B. 33. 34. 49. 52. 66.

KRISTENBERG, C. CONSIL. B. 33. 34. 49. 52. 66.

74 CAP. III. DE PRAXI IVRIS HODIERNI ET RELIQ. IVR. GERM.

ceu ipsi etiam fatentur, qui sola alias Quiritium placita exosculantur (a).

* Pleraque rationes hactenus adductae, etiam ratione statutorum ius patrum circa bona hereditaria seruantium procedunt. Vnde idem, quod de fideicommissis fam. his §. obseruantius, statutis quoque applicandum.

S. LXVIII.

Quaenam
inde fluant
in praxi
hodierni,
con-
clusione?

Inde vero facile patet, D, omnia ea, quae (to-
to cap. II.) de bonis auitis iure Germ. praedicamus, non esse antiqua, obsoleta, obtrita, sed ho-
diedum in viridi adhucdum vigore obseruantia, eo-
rumque usum iure hodierno haut exiguum super-
esse. Non ergo tantum valere pacta moribus
Germ. de bonis non alienandis, eaque irrenocabili-
tate esse, et omnem alienationem impeditre b),
sed et II) fideicomissa familiarum nobilium Ger-
maniae minime ad quartum usque gradum tantum
procedere (c), tametsi etiam de enixissima volun-
tate disponentis non constiterit, sed prolege aeter-

(a) Veluti HAHN ad Wesenber. ad tit. de condic. indeb.
n. 4. in fine, aliisque. Id quod et ipsae iubent leges
Germanorum publicae; §. 8. recessus visitatio-
nis de a. 1713. §. 15. in primis rec. imp. de
a. 1654. §. 105. et reichsbor. ordn. tit. I. §. 15.
Vid. quoque illustr. KOPP, p. II. des Vorberichts des

I. th. der Lehn- proben.

(b) R. H. BOEHMER. de fundum paetor. ad fideic. in-
clinant. cap. II. §. XI. n. 4. 11. 12.

(c) PHIL. KNIPSCHILD. cit. tr. cap. XIII. n. 22.

na et perpetuo duratura esse habenda (a). Nec minus illi cessare in iis detractionem utriusque quartae et legitimae et Trebellianicae (b), nisi III certa quaedam portio legibus familiae determinata fuerit; eam tamen V) in dubio non legitimae, sed alimentorum loco portius habendam esse, adeoque VI) si legitimae aequiparari non possit, eos, quibus haec portio adsignatur, ad supplementum age-re hanc posse. Atque idem VII) tenendum esse de dote filiarum nobilium; tamque ideo VIII) non esse surrogatam legitimae, ac proinde VIII) filias eiusdem exaequationem nullo iure petere posse (c). Porro X) non obtinere hic regulam pacta illa tanquam iure communis exorbitantia strictissime esse interpretanda, quum in his conuentionibus ius Rom. pro iure communis non habendum sit, sed ius Germ., itemque pro hoc potius quam pro illo prae-suntio capienda sit. Quin potius XI) generale illud, quod in omnibus dispositionibus prohibitiis obtinet, procedere: quod non inuenitur permisum expresse, censetur prohibitum, adeo, ut ubique que est res aliquo modo prohibita, non creditur dicto adserentis, casum permisum subesse, nisi id evidenter probauerit (d). Quum insuper XII), regula: conuentiones stricte, testamenta vero late

K 2 esse

(a) *Confil. Halens.* tom. I. lib. I. *confil.* 309. n. 16.(b) BOEHMER, c. l. b. §. HARPPRECHT *de fideic. conuent.* §. XXXXI.(c) Compara V. C. SAM. ERID. BOEHMERI *programma de spuria filiar. a success. exclus. legit.* §. X. p. 13.(d) MASCARDVS *conclus.* 1243. n. 116.

esse interpretanda, admodum periculosa videatur, atque interpretatio non e doctorum placitis incertis, sed ex intentione pacientium, logicesque principiis desumenda sit (a). Quin quod XIII) eadem regula, ex peruerso intellectu c. 6. X. de donat, nata, non subsistat (b), praetereaque XIII) successio haec pacitia, quatenus de vniuersis bonis inita, aequae vniuersalis fit, ac testamentaria (c). Ulterius XV) non hic, ut alias in successione testamentaria, ius ad crescendi obtinere, eo quod causa eiusmodi existente alteri ius in hereditatem quae sit, quod in heredes transmissorum est (d). Denique XVI) non quoque desiderare talia pacita aut fidicemissa familiae consensum imperatoris vel domini territorii, sive maxime de filiarum exclusione et dotti quantitate mensuram legitimae hanc equante, in eis actum fuerit, eo quod his pacitis nihil noui, insoliti, et illiciti, sed illud potius repetatur, firmetur, et in usum reuocetur, quod iure antiquo iam constitutum erat (e). Licet id consilii et cautionis esse minime negauerim.

An fideic.

Faciamus periculum iustae interpretationis

(a) HARPPRECHT, de fideic. conuent. §. 43. seq.

(b) Prouti ex ipso iure Can. et Rom. praeclare, ut fidei ostendit, illustr. BOEHMER. tom. II. consil. XXXV, quæst. II. n. 90. usq. 95. Item de fundam. pacit. ad fideic. inclin. cap. II. §. XI. n. 9.

(c) IDEM cit. diff. I. c.

(d) Casum habet IDEM cit. diff. n. 7.

(e) HARPPRECHT cit. tr. §. 2. BOEHMER cit. diff. cap. II. §. X. n. 2.

eiusmodi fideicommissi non e Quiritium consitutum, alienationibus, sed analogia iuris Germ, derivatae. Quae, to viuo possitionem mouet STRUVIVS (a), an valeat alienatio bonorum eiusmodi fideicommissio obnoxiorum vi- tis tam committat auctio actione reuocatoria, ita, ut sequitur alienatione reuocatoria? nondenatur agnatis, sed de- mui post mortem competere incipiat? adformatio quæstionem decidunt plerique (b), idque e Romani iuris sanctionibus, vi quarum fiduciarias durante conditione est fideicommissi dominus. Vnde tali causa licere alienationem uno ore ab iisdem adformatur. Sed nobis pro regula sit, quod iam (§. XXXX.) adstruximus, iuris germ, in decidendis eiusmodi familiarium controversiis fundamentum, minime ius quæstum agnatorum; vnde (§. XXXXIII.) quoque intulimus, eatenus valere alienationem bonorum auctorum, quatenus iuri huic quacito universalis familias competere non obstitit. Simplicissima ergo erit decisio, valere alienationem eiusmodi usque ad mortem possessoris, nec ea nondum sequuta agnatis actionem competere, si bonorum gentiliorum, huc, ut hodie audiunt, fideicommissariorum emitor idoneam familie cautionem praestiterit, de bonis hisce non deteriorandis, et post mortem possessoris restituendis. Quo casu in vim locationis saltim (§. XXXII. 6.) possessori bonorum auctorum licitae valebit alienatio. Sin se-

K 3

(a) De alod. imp. cap. IIII. §. 79.

(b) GOEDDEVS vol. I. consil. Marpurg. XXVII. n. 103.
et vol. III. consil. XXX. n. 99. CASPAR. KLOCKIUS
consil. CXIV. n. 95. PHIL. KNIPSCHILDIT, cit, tr. cap.
XIII. n. 1.

cus, et bona nondum alienata sint, iudicem adire poterunt, ut alienationem prohibeat. Si vero iam alienata sint, emtorem aut ad praestandam eiusmodi cautionem, aut ad restituenda bona illicite alienata agnati compellere poterunt. Quod et mandatis S. C. in camera imperii impetrari potest; eo quod pro facto nullo iure iustificabili eiusmodi alienatio merito habenda sit.

*An fideic.
fam. possit
praescribi?*

*Cautiones
pro emtore
fideic. fam.*

Illud adhuc addo: an fideicommissis huiusmodi praescribi possit? eamque quaestionem sine hesitatione negandam puto, quum quilibet successor ius particolare ex pacto nec prouidentia maiorum habeat (§. XXVIII. *), adeoque tot fideicomissa, quot ex iis sunt successiones, merito videantur (a).

* Cauta igitur omnino procedere debent ii, qui ad emenda bona tali fideicomissa obnoxia se conferunt. Nisi enim consensu vnuierae familie accesserit (§. XXXII.), atque posteri nulli amplius extituri sint, in seculo haut collocantur (§. cit.). Habent enim et posteri futuri ius quae situm ex pacto et prouidentia maiorum (§. XXXVII.) (b). Nec itaque parentum facta iis praeiudicare poterunt (§. XXXVIII.). Imo nequidem pretium recuperat emtor, nisi ita sibi prouiderit, ut pretii in fideicommissum versi probationem in se suscipere possit (§. XXXVII.).

** Mo-

(a) Vt reteste respondit GUNDLINGVS confil. Halens. tom.

I. lib. I. conf. CLII. n. 34.

(b) PHIL. KNIPSCHILD. cit. tr. cap. XIII. n. 23.

Modos, quibus bona illa familiae nexum, quo Modis, qui obstringuntur, amittunt, in longum et latum de bus fideic. ducit PHILIPP. KNIPSCHILDT. (a), quos omnes exami- fam, cessat. nare pagellarum haut permittunt angustiae. Maxime naturales sunt I) bonorum sine culpa possessoris, nec non II) viuierae familiae interitus (§. XIII.), aut III) eiusdem in alienationem consensus sive expreßus sive tacitus. Quapropter et obseruantiam huc referunt, nempe si pactum familiae non adeo obseruatum fuerit (b). Quocirca tamen ea, quae monet illustr. BOEHMERYS (c), probe notanda sunt, actusque, obseruantiam inducentes, nec contra ius facti, nec litigiosi, veluti super quos transactum, nec mere voluntarii esse debent.

§. LXXI.

Postremo adhuc monendum actiones ratione fidei- *Actiones ra-* commissorum fam. competentes sine familiarum ratione fideic. nobilium detimento e Romano iure mutuari pos- *fam. compo-* se. Earum XII) recenset PHILIP. KNIPSCHILD RIVS *tentes.* (d), veluti I) actionem personalem ex testamento, si fideicommissum per testamentum constitutum, II) fideicommissariae hereditatis petitionem, III) actionem ex contractu sive pacto, si fideicommissum pacto conditum, IIII) rei vindicationem, V) actionem hypothecariam, VI) officii iudicis implorationem, VII) remed. *I. fin. C. de edict. D. Hadr. toll., VIII) interdictum:* quorum bonorum

(a) *Cit. tr. toto cap. XVI.*

(b) HARPPRECHT. vol. nou. consil. I. n. 300. seq.

(c) Tom. II. consil. XXXXV. quaest. III. n. 116. vſq. 119.

(d) *Cit. tr. cap. XIII. n. 18, 60, 61, 62, 86. vſq. 93.*

rum, VII^o) ut possidetis, X^o) Publicanam in rem actionem, XI^o) interdictum: quorum legatorum, XII^o) mandata S.C. de non alienando in camera imperiali impetrari solita. Imo ab alienatione fideicommissi, tanquam a grauamine extra iudiciale, appellari posse LYNKEVS (a) adserit. Generaliter videndum, utrum fideicommissum fain^o pacto, utrum testamento constitutum sit; atque tunc priore casu actio ex pacto, nec non actio reuocatoria, quae tamen a rei vindicatione solo tantum nomine differt, ad fideicommissum consequendum agnatis competent, posteriorevero casu omnes e testamento oriundas habebunt actiones.


(a) *De grauam, extra iud. c. 3. P. I. §. 7. n. 4. p. 72.*



Marburg, Diss., 1745-96



vda 8



DE NATVRA
BONORVM AVITORVM

VVLGO STAMMGÜTER

IVRE GERMANICO

IN DOMINIO MINVS PLENO

CONSISTENTE

ATQVE INDE SVMENDA INTERPRETATIONE

IN FIDEICOMMISSIS FAMILIA E.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPTE AC DOMINI

DOMINO FRIDERICO

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.

PERMITTENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES CONSEQVENDI PUBLICO
ERVDITORVM EXAMINI

SVMMITIT

IO. FERDIN. GVIL. BRANDT

WETZLARIENSIS

DIE SEPTEMBERIS A. R. S. CLO CCXXXVI.

Ob raritatem et argumenti praestantiam denuo typis expressa.

MARBVRGI CATTORVM

SYMPTEBVS HENRICI RUDOLPHI MEYERI 1791.

(10)